Q. D. B. V.

SCOPVLOS DOCTRINAE VVLGARIS

DE

INDOLE FEVDORVM VNIVERSIM,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

REGIAE DOMVS SERENISSIMO PRINCIPE,

AC DOMINO,

PHILIPPO WILHELMO,

PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA,

PRAESIDE

IOANNE PETRO Ludewig/ Ict.

CONSILIARIO REGIO, IVRIVM AC HISTORIARVM PROF. ORDIN. ATQVE ARCHIVARIO TABVLARII MAGDEBVRGICI,

DETEGET SVPERABITQVE

RESPONDENDO

CAROL. FERDINAND. SIBER,

STAVFFENECCENSIS SVEVVS.

HALAE VENEDOR.

D. VII MENS SEPTEMBR.

LITTERIS ZAHNIANIS

MDCCVIII.

DE

INDOLE FEVDORVM VNIVERSIM.

CAP. I.

DE DIFFICVLTATE OPERIS, EIVSQVE ADIVMENTIS.

§. I.

Tenebrae iuris quondam romani;

IN tenebris iacuit & ſqualore iurisprudentia romana (a), donec litteræ & cultio-

A ris

Sordes iuris Romani *ſub* barbaris *doctoribus.*

(a) *Antonii MURETI*, Ićti humaniſſimi, verbis uti hic malo, quam meismet ipſis. Sic autem ille in *commentario ad priores titulos pandectarum*, p. m. 4 & ſqq. *Acceſſit*, queſtus fuerat de turbatore iurisprudentiæ cultioris, Triboniano, *aliud multo etiam pernicioſius & exitioſius malum. Nam extiterunt in illis tenebris* (humaniorum litterarum ignorantiam incuſauerat) *homines audaces ac praſidentes; qui nulla * latini ſermonis intelligentia, * nulla veteris reipubl. R. cognitione, arrepta, ut inter cacos, iuris interpretandi provincia uerboſiſſimis & in-*
1 *fulſiſſimis commentariis illas qua-*
leſcunque ueterum prudentum re-
liquias onerarunt & ita impoſue-
runt humano generi, ut, hoc quoque
politiſſimo & eruditiſſimo ſeculo, iu-
2 *dicia tamen pleruque omnibus in*
locis ad eorum ſomnia dirigantur &
ex eorum indocta doctrina exerce-
antur. Ingenium eis non adimo.
*Illud autem negari non poteſt, * cu-*
3 *ius quis ciuitatis neque linguam te-*
neat, neque formam, leges, mores, in-
ſtituta cognouerit, eius ius ciuile non
poſſe ab eo, quamlibet ingenioſus ſit,
commode intelligenterque tra-
4 *ctari.*

(b)

ris Latii notitia lumen illi accenderent (b), rationesque ac usus legum, qui in barbaris latuerunt, prospero sidere scholis ac foris iterum aperirent. Usque adeo temporum obliuio & inscitia interpretum omnia peruerterant.

Hodieque iuris feudalis.

§. II. Eosdem casus habuere INSTITUTA FEVDORVM. Quare iisdem non minus remediis est opus, si quidem illa in antiquum statum, unde deiecta sunt, debent restitui. Grauior hic ruina, non solum, quod hoc iure res magis momentosæ reguntur (c): sed etiam

---

abstersi *studio* politioris *humanitatis.*

(b) Alium rursus sermoni meo aduoco interpretem, *Antonium FABRUM*, qui in *epistola ad opus coniecturarum* hoc argumentum per summam tractat atque his uerbis scribit: *si quis contra audebat*, de fæce barbarorum doctorum egerat, *eum impudentem, hæreticum in iure &, quod omnium indignissimum est, nil nisi Grammaticum esse, uociferantur.* Mox tamen nomina addit eorum, qui superatis uulgi calumniis, medelam attulerunt, morti uicinæ iurisprudentiæ Romanæ. *Huiusmodi plures,* inquit, *nostra aetas tulit, quorum opera & diligentia quantam obscurissimis & densissimis iuris nostri tenebris lucem attulerit, ipsa, si loqueretur, Iurisprudentia testaretur. Et iam nemo est, qui non fateatur, nisi, qui aut dissimulans aut ingenii imbecillitate, &, si dicere liceat, obscuritate impediuntur, ne a tenebris, quibus adsueti sunt, reuocari possint lucemque intueri.*

Cultioris *iurispr.* primi *doctores.*

Fatetur Italia, *quæ ALCIATI, primi*
1 *ueluti ceterorum parentis matrem &*
patriam esse se gloriatur, Fatetur
Hispania, *quæ duorum Antoniorum, AUGUSTINI & GOUEANI,*
gloriam toto orbe celeberrimam, pri-
2 *scorum laudibus anteponit. Fatetur*
denique Gallia, *quæ BUDAEI, DUA-*
RENI, MOLINAEI, CUIACII, HOTO
MANNI, Petri FABRI, totque alio-
rum iurisconsultorum scriptis doctis-
3 *simis illustrata nunc ceteris totius*
Europæ prouinciis nobiliorem se ia-
ctat. Præterit Germanos, haud
dubie parum æquo in gentem
animo.

Iurisprudentia feudalis *magis* momentosa, *quam civilis; præsertim in Germania.*

4 (c) Expedita est ratio & satis
manifesta, in *Germanis* minimum,
ubi non solum principatus & sin-
gulares *respublicæ* iure feudali re-
guntur, uerum neque in his ipsis
5 fundum offendis, modo alicujus
pretii is sit, qui perstiterit liber
a nexu clientelari. Usque adeo
uniuersa nunc Germania, publico
priuatoque iure *feudalis* euasit &
6 beneficiaria. Ut patria nostra
uocari omnino mereatur *das Le-*
hen-

etiam, quod procellam hanc excitarunt barbari aeque ac litterati doctores. Illi quidem plus fordium ha- *In causa earum* barbari *docto-res,*

A 2 bent,

lenreich. Tanta itaque rerum feudalium multitudo non potest non parere causas litium forensium frequentissimas. Habent itaque aduocati & iudices, siue iustitiæ operam dent siue sordido lucro; ut omni studio excolant hanc iurisprudentiæ partem. Non pudet iurisconsultos, ingenia auditorum hoc nomine excitare, quod feudorum doctrina quæstuosa sit & una quandoque hic causa uberiora compendia faciat, quam centum aliæ in curia ciuili. Testes huius in Germania instituti, quod mireris, antiquissimos habemus. *Albericus de ROSATA* (an. 1340.) *in rep. iur. can.* uerbo *feudum* ita sentit: *Materia feudorum subtilis est, & LUCROSA maxime in partibus Pedemontanis & GERMANIAE. In quibus oriuntur ardua quæstiones inter reges, barones, & prælatos, cum ibi sint maxima feuda ciuitatum oppidorum ac iurisdictionum.* Quod idem repetit IASON (1480) in *prælud. feud.* p. 194. Alii quondam mores patriæ nostræ, Frisiæ non dissimiles. De quibus testatur *HUBERUS Lib. II. digressionum c. 7. p. 546. Saxoniæ duces cum in Frisia rerum potirentur persuadere conati sunt nostratibus, ut prædia sua tanquam feuda uasalli a ducibus agnoscerent. Sed hactenus libertatem gentis aduersam habuere, quæ adeo a feudalibus seruitiis abhorrebat, ut unum duntaxat in tota Frisia*

ubi quæstuosa est.

Olim in Germania feuda rarissima.

1 *feudum, ab ipsis Saxonibus fundatum reperiatur.* Causam non adsequitur iureconsultus. Quæ tamen mihi obscura non est, ut suo loco explicabo. Id commentationi aliorum interea relinquo,
2 qui scripserit *Abbas VRSPERGENSIS* ad an. 1198. *Philippus imperator, cum non haberet pecuniam, quibus salaria siue solda præberet militibus,*
3 *primus cœpit distrahere prædia, quæ pater suus Fridericus imperator late acquisiuerat in Alemannia. Ita, ut cuilibet baroni siue ministeriali sex prædia rusticana uel eccle-*
4 *sias, sibi contiguas obligaret. Sicque factum est, ut nihil sibi remaneret, præter inane nomen dominii terras & ciuitates seu uillas, in quibus fora habentur & pauca castella terra.*
5 Hoc rerum statu, non miror, iureconsultos Italiæ uix operæ pretium habuisse, ex instituto docere consuetudines feudorum. Alii enim hanc appendiculam fecere
6 iuris canonici *(Lib. III. tit. 20.)* uti, post HOSTIENSEM, fere omnes: alii, IASONIS exemplo, doctrinam feudorum *quarto libro* adglutinarunt *Codicis*, eo loco, qui agit de iure *em-*
7 *phyteutico*: Illi autem, qui huic argumento scholas peculiares destinarunt, easdem tamen alio tempore aperire noluerunt, quam ubi otium esset a studio iuris Romani.
8 Inde est, quod *Iac.* ALUAROTUS (an 1430.) *in proœm. feud. p. 3.* disputat, *utrum ius feudale salua con-*

scien-

Doctrina cur olim sabbathina?

bent(d), minus autem errationis, quia propius abfuere ab originibus teutonici imperii & iuris, moribus ſtabiliti, memoria (e): hi vero quod artibus, noſtræ

ſcientia doceri queat FESTIVIS DIE- 1
BUS, *quod fiat plerumque a magi-*
ſtris. Quo ordine *Franciſc. CUR-*
TIUS (an. 1500.) *Part. I. Feud.*
præf. p. 2. ſcribit: *Diebus, quibus or-*
dinarie non legebatur, aggreſſus ſum 2
docere ius feudale, eo propoſito, ut, niſi
perfectum, non deſererem. Stylo
noſtræ Academiæ *meſſe lectiones* di-
ceremus. Verum noſtra ſecula, in
tanta feudorum ubertate; alios, 3
quod dixi, mores exigunt ab Aca-
demicis. Hæc cauſa eſt immani-
um uoluminum apud Germanos,
quibus utinam tantum ſalis ineſ-
ſet, quam operæ & laboris. 4

Deſideria in barbaris.

(d) Multum tædii habet, noſtro
tempore uerſari in lectione uetuſ-
tiſſimorum doctorum. Sermo
eorum lutulentus & litteræ, qui-
bus codices eorum ſcripti ſunt, in- 5
culti, ut animus & oculus ab illis
abhorrere uideantur. Deinde Lon-
gobardorum mores cum æuo Ro-
mano illi miſcent & ab uno ad al-
terum cæco impetu dilabuntur. 6
Nulla ratione ac ordine uolitant
utrobique uaganturque, mira ac
moleſta doctrinarum perturba-
tione. Alia hic praetereo, quae lecto-
ri adferunt impeditionem.

Quid proſit, barbaros Ictos legiſſe de inſtitutis feudorum.

(e) Qui nauſeat inculta nomi- 7
na barbari æui doctorum; ei ueſti-
gia operæ ſunt reconditæ ueri-
tatis, in doctrina feudali. Pluri-
mum me iuuat, in hanc ſentinam 8
probe indagauiſſe. Iura feudo-
rum moribus conſtituta ſunt;
quæ duumuiri Mediolanenſes, lit-
teris annotarunt, plena rimarum
ſunt & lacunas habent atque hia-
tus, ut prima cum extremis raro
cohæreant. Supplementis itaque
opus eſt, quæ ex temporum uetu-
ſtate ſuperſunt. Hiſtorici, quos
habemus, origines iurium, quæ
ignorant, prætermittunt, aut du-
bia fide tradunt. Diplomata ca-
ſus ſingulares reſpiciunt, unde tu-
tum non eſt, indolem feudorum
æſtimare uniuerſim. Vtinam er-
go inde ab *Irnerio* & *Bulgaro* ſuper-
eſſent clientelarium iurium docto-
res. Vere ſcribo: ex *Vgolino; Pi-*
leo; Ardizone; Blancho; Belluiſo;
Iſernia; Aluaroto aliisque duodeci-
mi & ſequentium ſeculorum in-
terpretibus plus lucis me accepiſ-
ſe, quam ex ipſis *Oberti* & *Gerardi*
nugaciſſimis quandoque laciniis.
Illi enim doctores ſæpe indicant
e memoriaque priorum ſeculo-
rum repetunt inſtituta feudalia,
undecima collatione longe uetu-
ſtiora. Nonnunquam etiam cau-
ſas addunt mutati iuris. Utro-
que loco ſunt nobis inſtar *hiſtori-*
orum. Qua etiam ratione plus
nobis conducunt, quam ſi lites re-
ſpondent iureconſulti. Uno uer-
bo: quæ lumina tenebris Tribo-
nianeis Pauli, Ulpiani, ſimilium-
que fragmenta; illa profecto feu-
dorum caligini præferunt eius ge-
neris obſoleti & lutulenti ma-
giſtri.

ſtrae reipublicæ peregrinis, corrigere uoluerunt; id tantopere deprauarunt, ut in hoc genere cauſarum, a iure ad opiniones delapſi, iam nunc uix umbram illius ſupereſſe uideamus (f). Scribo, quod res eſt, humanitatem Romanam rectioribus feudorum doctrinis quouis tempore plurimum obfuiſſe.

Subſidia ad emendandum inſtituta feudorum.

§. III. Enimuero ſtudia in aliis quam Romulidum litteris ponenda ſunt doctori feudorum. Nil hic Pauli, nil Vlpiani argutiæ. Præſidium omne in

Humaniores ICti, qui tantopere ieiuni ſint in iure feudali?

(f) Duæ cauſæ ſunt, quare ita ſentiam. Una, quod humaniores Iureconſulti a lectione barbarorum monumentorum medii æui abhorrent; partim ne eius generis ſtudia contaminent purum quem in deliciis habent, ſermonem: quo furore olim criticus ille correptus eſt, qui ſacras litteras legere recuſauit, ne *uulgata* maculas inſpergeret eius Latinitati; partim etiam, quod nimium litterati doctores ſapientiam e Grammatica, id eſt, fercula ex parinis æſtimant ſpemque protinus abiiciunt, ſi libellus in atrio, fructus in cortice eos offendunt. Altera eſt, quod illi opinantur, omnia iura e pandectis aut codice repeti poſſe. Quapropter ad hanc quoque limam feuda exigunt, & lites clientelares reſpondere confidunt ex titulis uſusfructus, emphyteuſeos, locati conducti, & qui alii his argumentis ſunt uicini. Pudet enim eos, poſt tantum legum Romanarum adparatum ignorantiam ſuam
1 confiteri in aliena republica adminiſtranda, aut proficere a doctoribus, quos dicunt, lutulentis medii æui. Itaque fit, ut nubem, animis eorum obductam, ne uideant
2 quidem, tantum abeſt, ut diſſipent eam, ac diſpellant. Graue iudicium hac in re CUIACII eſt, *tomo 3. opp. p. 631.* proditum his uerbis: *Nulla eſt pars iuris peiori conditione,*
3 *quam illa, quæ de feudis eſt & iure militum, militari ſermone, nec tamen illepido conſcripta. Nam uel qui ceteras ſe tenere profitentur, hanc reiiciunt, quaſi barbaram: uel*
4 *qui in hanc potiſſimum operam ponunt ſuam, facile damnum patiuntur ceterarum. Hos abhorret, illos adpetit ipſa quidem uehementer. Verum hi contra deperennt*
5 *eam ſoli; illi deſpiciunt ſolam. Ac proinde ab utriſque miſera errat ſæpenumero ad uillicos, rerum, ſine doctrina iuris, prudentiores æſtimatores, quam ſint illi, quos dixi, iu-*
6 *ris utriusque conſiliatores ſemidocti.*

non ex Latio petenda;

medio æuo latet (g). Sed plurimum laboris eſt, ex his ſcobibus aurum colligere neque operae minoris, conflare & conficere collectum. Expeditior uia ad criticam iuris romani aut græci, inter tot præcurſores grammaticos, oratores, hiſtoricos, philoſophos & iureconſultos aliaque plenæ fidei monumenta, codices, nummos, lapides, marmora, gemmas. Quorum fere nihil tulere tempora ſuborientis imperii germanici. Vt innumeras iacturas taceam, quibus tabularia

Sed ex monumentis medii æui,

Spes iurisprudentiæ rectioris ex historia medii æui,

(g) Sat otii, ſat operarum, ſat & impenſarũ per tot ſecula dedimus ueteris Latii monumentis. Quot quæſo! mortalium omnẽ ætatem, imo uitam ac ualetudinem conſumpſerunt, quorũ manes ſi ad rationes uocarentur, quid uixerint? aliud reponere neſcirent, quam uel elementa litterarũ uel ſyllabarum cantus uel nænias attritæ columnæ aut lapidis uel ænigmata nummulorum. Quid uero noſtræ reipublicæ ex hoc adparatu alieno? cui diem noctemque, horas uigiliasque dare ſolent Germani. Pudeat ciues noſtros, domi ſuæ hoſpites eſſe inque Romanenſium manere æterno famulatu. Utinam felix diuinator ſim, fore ut tandem Germani incipiant, ſuæ reipublicæ tempus ac otium deſtinare. Curiæ, templa, fora; diuina & humana, publica iura priuataque ſolertiam expetunt ſuorum in patria noſtra & hactenus uere deſiderant. Nubes quidem non leues iudiciis rerum priuatarum detraxere *Gryphiander, Schottelius, Schilterus, Fritſchius*; e principum curiis idola codicis, laudabili conatu ſucceſſuque euerterunt *Lehmannus, Conringius, Pufendorfius, Coccejus, Leibnitius*; eccleſiaſtica etiam, poſtliminii quodam iure, reduxere theologi *centuriatores, Dorſcheus, Bebelius*. Verum in medii æui monumentis uberior longe meſſis nos expectat, hoc maxime æuo, ubi hiſtorici, diplomata, leges antiquæ carceres mordent & in publicam arenam a doctiſſimis uiris ingenti numero educuntur. Accedit, quod hæ ueritates non ſolum e puteo in lucem iuere: ſed etiam inuolucro, quo obtendebantur, reiecto, iamnunc claræ ſunt atque apertæ, ex quo formam artis accepere e manibus peritiſſimorum doctorum, MABILLONII, PAPEBROCHII, & Iuſti FONTANINI, quorum ueſtigia preſſerunt in Germania noſtra HERTIus & ENGELBRECHTus iunior. Conferam ego cum illis, ſi Deus uitam & otium dederit mea quoque ſymbola in CRITICA MEDII AEVI, quam meditor, ex quo principis tabu-

laria, quæ maximæ Germanis curæ fuerunt (h), admodum exhausta fuere. Plurima etiam sub manibus ignauorum custodum uel ærugine obliterata uel a tineis & blattis corrosa atque consumta sunt (i). Quod hodieque superest, id uere sibyllina fata habet

&

---

tabularium mihi creditum commissumque. Uno uerbo, spem habeo certissimam, fore, ut seculum, quod ingressi sumus, otium ueteri Latio det & in patriæ monumentis eruendis sit negotiosum.

Vnde tot archiua *medii aeui.*

(h) Quo certe instituto ciues nostri alias quasque gentes cultissimas longo post se interuallo reliquere. Non urbem, non tenuissimæ sortis contubernium, non infimam monachi casam in Germania offendes; quæ non foueat sacrarium archiui. Unde autem hoc? *Prima* causa monachorum est, qui donationum formulas ac libellos magna religione custodiuerunt, partim, ut haberent, quo latifundiorum possessiones omni æuo contra obtrectatores hæreticos, tuerentur; partim etiam, ut honore largitoribus habito, alios quosque, principes maxime ambitiosos, allicerent ad bene eis faciendum. *Altera* in moribus feudorum ponenda. Vere enim in legem iuerat, contractus feudales uestire clientelari libello. *Tertia* principibus danda, qui, usque a Carolingorum æuo, omnium alicuius momenti diplomatum duo aut tria exempla scribi uoluerunt, ut unum ciuitati, ubi fuerat conceptum; alterum curiæ principis; tertium illi, cuius causa agebatur, ad custodiendum & ad seruandum exhiberi posset. Qua demum re factum est, ut nostræ ætati etiam nunc gratulari liceat tot uetustissima imperii instrumenta.

Iacturæ *diplomatum &* archiuorum *unde accidant?*

(i) Quoties tabularia Germaniæ cogito, toties fortunas eorum maximopere deploro. Clades incendiaque quot quæso consumpserunt & expilarunt! Suecorum memoria e tricennali bello plerisque hoc casu funesta est. Siue quod populi septentrionales medii aeui monumentorum appetentiores sint, siue quod reginam rerumque bello ac pace gerendarum tum ministros habuerint, membranarum peritos æstimatores. Id sermone habeo uiri, fide dignissimi, Romam custodem esse antiquitatum Suecicarum, quas ex regno deportauerint Olaus & post centum annos ipsa regina. Verum resarciuisse damnum Holmiam ex spoliis litterariis Germaniæ. Forte ingrati nos possessores fuimus, digni propterea, quibus fata thesauros eriperent subtraherentque. Socordia enim ciuium non minor causa est interitus patriæ documentorum. Memini,

& aditus uel inuidia uel socordia uel etiam uanissima superstitione præclusos (k). Quo fit, ut, in tanta rerum romanarum ubertate, hospites in patria aut, quod

---

mini, post pacem Risuicensem non fuisse, qui uel impensas faceret ad recipienda monumenta, a Gallis Palatinatui ac supremo imperii tribunali erepta; ut tot menses in peregrina custodia permanserint, quod tempus ualde opportunum fuerat ad expilandum & surripiendum. Id scio Obrechtum & Schilterum, summos uiros, occasionem tum habuisse, qui bonis alienis manus adferrent. Diu enim post, cum Germani documenta ad catalogos exigerent &, quod defuerat, requirerent a Gallis, non aliud hi reposuere, quam hoc, militum alios ineptos, alios uero inimicos & parum fidos custodes esse rerum litterariarum. Quid mirum? in Magdeburgico archiuo Cæsarum & pontificum diplomata per septingentos annos in tabulis nuda ac dispersa iacuerunt usque dum, ante aliquot annos, suo ordine disposita, in cistulas transferrentur; ut a tineis, puluere, nitro, putredine nunc contuta, posteritati illæsa & incorrupta queant adseruari.

Quando inconsultum sit, edi in publicum diplomata?

(k) Non is ego sum, qui archiuarios uelit, plenos rimarum. Vti enim nemo tenetur, contra se alterum armare aut instrumenta exhibere, quibus causam suam instruat pars aduersa: sic stultissimum esset, nullo discrimine adhi-

1 bito, propalare uelle, quicquid pretium habeat uetustatis. Ad seruo ego in priuatis scriniis meis exemplum diplomatis, quo SIGISMVNDVS imperator an. Chr.
2 CIↃ CCCCIV EPISCOPO LUBECENSI iura *dominii directi* in HOLSATIAE comitatum stabiliuit firmauitque, addita formula; *ne Comites Holsatiæ, sine consensu Episcopi Lubecensis)*
3 *prædia nulla uel alienarent uel in subfeudum aliis concederent, sub pœna iuris ordinaria & etiam sub multa ducentarum marcarum auri puri.* Verba subscriptoris sunt
4 hæc: *Præsentium sub nostra imperialis maiestatis* AUREA BULLA *testimonio literarum. Data Basilea an. Dom. CIↃ CCCC IV. die XII. mens. aprilis, regnorum nostrorum anno*
5 *Hungariæ* XLVIII. *Romanorum* XXIV. *Bohemiæ* XIV. *Imperii* I. *Ad mand. domini imper. Caspar Slygk miles, Cancellarius.* Quis quæso auctor esset Holsatiæ ducibus, ut hoc aut
9 simile quid in publicum ipsi protruderent. Atque idem etiam iudicium esse debet aliorum quoque principum aut rerumpublicarum administris. Præterea quædam prouinciæ uniuersim causas
7 habent, supprimendi uetustiora quæque documenta. Fit hoc, si tenues sint aut dubii iuris ortus successusque, ubi consultum magis
8 gis est, inuolucris irretire angu-

stiores

quod ille dixit, pueri maneamus, id est nescii eorum, quae olim in curiis acciderunt (l).

Praesidia recensentur ad instituta feudorum.

§. IV. In tanta itaque subsidiorum penuria maiori studio solertiaque est opus, ut omnia conducantur, quae ulla in parte hanc disciplinam queunt illustrare. Reposui ego in hac classe fidem, diplomatum

B ac

stiores fortunas & casus iniquiores tegere, ne memoria eorum odia pariat aut in contemtum adducat. Plerisque Germaniae ciuitatibus, imo iuniorum quoque temporum principibus, hac causa, auctor sim, ut reformident medii aeui testem, historiam. Saepe etiam clientum & subditorum conditio principi dissuadet memoriam ueterum rerum: si forte territoria quondam adductae potestatis fuere, quae liberi nunc imperii. Incusauit quondam Colonienses *Wernerus THVMMERMVTH*, in libro quem uocat **Krumbstab schleußt niemand aus**/ p. 60. n. 4. p. 77. n. 34. quod litteras clientelares supprimant fitque in mandatis archiuarii, ne is ullas exhibeat, quae duorum seculorum aetatem egrederentur. Tantopere eos causae cum ordinibus diffidere. Exempli gratia haec affero: quo iure quaue iniuria, meum non est iudicare. Contra autem fit, quando insolentes ordines principis iura domaniaque attriuerunt; ubi illorum non minus est, obliterare uetustiorum temporum annales aut hanc spartam philosophis aut pastoribus demandare, qui historiolis delectantur & hoc argumentum nesciunt attingere. Ad extremum solent etiam aliae causae esse, ad operiendum & occultandum memoriam rerum pristinarum. Si inuidia; si aemulatio; si rationes foederum iuriumque doceant, intempestiuum esse, iuris sui aduersam partem admonere. Omnium enim rerum magistra est opportunitas. Quo tamen rerum statu euitantur pericula, si scriptor suo nomine utatur, non publica principis auctoritate. Tum enim, si quid apposite dictum, id reipublicae prodest: sin minus, nihil obest eidem, quin potius commoda posteris adferre potest, quod nostrae aetati inconsultum esse, uidetur.

(l) Ubi uero impeditio nulla; quid quaeso! obstat, quod notitia rerum medii aeui hodieque caremus? Innumera dubia atque tenebrae publici iuris sunt, quae archiuarius Moguntini nullo negotio tollere posset & dissipare. Certe, nisi in hunc finem tabularium imperii instruitur conseruaturque, labor fere inanis est maiorum nostrorum, e quorum manibus accepimus

Imo quando edi illa, sit consultissimum?

pimus

ac clientelarium literarum (m); deinde historicorum fragmenta (n); tum sententias interpretum uetustissimo-

pimus hoc imperii pulcherrimum
instrumentum. Quae commoda
reipublicae ex armario, quod osten-
tat quidem ferrum, sed negat ta-
men militari usui? Molestissimum
dixeris promumcondum, qui spisso
granario gauderet, ciuibus in fame
& inedia relictis. Scribo haec iusto
dolore, quem habeo, cogitando la-
cunas ac desideria notitiae imperii.

In doctrina feudali quo loco diplomata?

(m) Gratias habeo maximas ce-
leberrimis uiris, qui diplomata uel
ex instituto ediderunt uel libris
historicis eadem inseruere. Omni
quoque laude eorum studia extol-
lo, qui principum ac procerum uo-
luntates ad haec consilia inclina-
runt, bene merendi de notitia im-
perii ac reipublicae. Ita enim est;
in tanta patriae historicorum
ignauia & leuitate unicum Ger-
manici iuris praesidium restat in
plenae fidei diplomatibus. Feudo-
rum instituta exinde luculentius
patent, quo maior clientelarium
litterarum multitudo & ubertas
Cuius rei caussam supra *§.3.p.7.lit.*
i aperui. Neque piget, tot millia
diplomatum perlegisse. Ex hoc
enim armario instruxi, dignissimo
adparatu, IVS FEVDALE DIPLO-
MATICVM; IVS PVBLICVM
DIPLOMATICVM ET HISTO-
RIAM DIPLOMATICAM S. R.
I. libros, quos, si Deus uitam &
otium dederit, eo fidentius pollice-
or, quo plus olei & operae illis ab
aliquot iam annis impendi,

1 & quo maiorem tria argumenta
inuicem habent uicinitatem. Le-
ctio enim diuersi generis monu-
mentorum studium meum frustrari
non potuit, quoniam, quae sine
2 caussa in uno libro esse uidebantur,
illa maximopere profuere in alte-
ro ac tertio. Hoc dum facio, nemo
silentii fidem calumnietur, quam
regi meo addixi debeoque tabula-
3 rio praefectus. Hanc enim dex-
tram postulo, eandem mihi adeo
sanctam fuisse, ut plura quidem ex
Magdeburgicis didicerim, prodi-
derim uero nihil. Quid? quod,
4 hac ueluti religionis nimietate,
noluerim, ullum in hoc uolumine
libellum offendi, quem referrem
acceptum prouinciae archiuarii.

Historici cur parum aut nihil de feudis?

5 (n) Post Ottonem *Frisingensem; Radeuicum & Ligurinum* poetam
nullus fere historicorum occurrit,
qui feudalium institutorum in pa-
tria nostra aliquam fecisset
6 mentionem. Caussae faciles ad in-
telligendum. Principio enim an-
nalium nos conditores habuimus,
non rerum administros, quae olim
fortuna Romanorum fuerat; sed
7 monachos ignauos ac stupidos,
qui non tam historias scripserunt,
quam aniles enarrauerunt nugas
deliriaque. Tantum ergo abest,
ut ab illis iurium, quae ipsi ne fan-
8 do quidem acceperant, &, si quae
accepissent, ne intellexerant qui-
dem, notitiam expectare queamus:
quantum abest, ut surdus aut coe-

quod monachi fuere & theologi.

cus

simorum (o); reliquias post statutorum ac consuetudinum (p), non patriae tantum atque singularium

cus testis esse possit rerum, auditu 1
uisuque percipiendarum. Valde
miror, hodieque in Academiis ciui-
lis historiae prouinciam deferri
hominibus, in scholis theologo-
rum enutritis; uix enim uideas eo 2
adspirare iuris antistites. Ita enim
fit, ut fere limites historiae medii
aeui sint natalitia, mors, coniugia,
partus, clades ac trophaea Caesa-
rum: consilia uero iuraque domi 3
ac foris, quibus steterit flor ueritque imperium Romanum, nec-
quicquam pateant, aut, si prodita
etiam sint ueteribus, ab historico
tamen pastore aut piscatore sicco
pede praetereuntur. Malam mihi 4
crucem aut certe pistrinum mereri
uidentur illi theologi, quibus re-
rum diuinarum otia ita sordent, ut
tempus perdere malint in huma-
nis & sua imperitia aliis molesti 5
esse. Tueri tamen infelices cona-
tus uolunt auctoritate SPENERI, qui
heraldica instituta plenissime de-
scripserit, alienissima a sparta theo-
logorum. Verum quotusquisque 6
est, qui par ingenio eius uiri,
industriae, addo & fortunis. Casu
certe, quod sermone ipsius habeo, ad
historica studia is fuit adductus.
Cum enim institutorem ageret 7
Birkenfeldensium principum, ho-
rum magis, quam sui causa illustri-
um familiarum gentes, insignia
rerumque gestarum epitomas de-
lineauit. Ceterum nemo credat, 8
me ab hoc munere uel polyhistores

Quo hic numero Spenerus?

Et polyhistores?

arcere, uel illos, quibus parentes aut uxor amiculum aut pallium iniecere, cum litterae eorum aliam quoque scenam queant instruere. In hoc numero *Conringios* habe, *Blondellos*, *Chiffletios* & plures alios, quorum nomina in orationibus congessi, quas in academia iuuenis habui de *historia* per *theologos* & *medicos* exculta. Atque hae caussae sunt, quare historicorum rarior mentio fiat in notitia feudorum: aut, si quando facta sit, coniecturis uti magis nos oporteat, quam apertis rerum iuriumque testimoniis.

(o) Quae mihi lumina ex hisce sordibus adfulserint, exposui superius *p. 4. lit. e.* Rideant haec alii, quae olim & ego risi, quo scilicet tempore aliorum magis, quam meam fidem in hoc doctrinae genere sum secutus. Non me pudet, portentosa haec uolumina offendi mecum in museo. Nullum certe sperno, quam horridus & incultus sit, modo aliquot seculorum superet aetatem. Sed consultum magis est, explere spem, quod infra fiet, quam eam rursus facere.

Veterani doctores quo nobis pretio hic sint?

(p) Moribus & pactis feuda constituta sunt, non legibus. Quemadmodum hodieque iudicis, quaestoris, ducis, episcopi officia non iuris quodam codice, qui exhiberet *das Dienst oder Besoldungs Recht*; sed usu exemploque antecessorum definita esse, uidemus:

Feuda num antiquiora, quam ius feudale?

Hoc

eius prouinciarum (q); uerum extraneorum quoque

Ius feudale ignotum ante seculum XII. Probatur a) ex diplomatib.

Hoc uoluerunt illi, qui antiquiora esse feuda dixerunt, quam ius feudale; scriptum puta & publica lege sancitum: non consuetudinarium aut pactitium illud, de quo interpretes non loquuntur. Ut frustra fit, qui eos nuper ideo uoluit castigare. Ego post tot uigilias, in hoc studii genere exactas, prorsus existimo, ante duodecimum seculum feudorum instituta nullo iure fuisse definita. Quae coniectura plures causas habet. Principio diploma (*circa an. 1160.*) apud BROWERVM *lib. III. c. 18. p. 266.* occurrit, in quo abbas Fuldensis coenobii maximopere queritur, uasallos eius plus sibi iuris arrogare in clientelaribus fundis seu feudis, quam eis olim permissum fuerit moribus & consuetudine; Propterea quod auctoritate iuris se tueantur, quod uocent *Lehenrecht*. Verba sunt, quae huc pertinent: *si quis abbatum* (Fuldensium) *iis* (uasallis) *contradicere* (ad pristina obsequia prouocare) *nollet, ingeniosa & callida argumentatione iuris sui*, (ante incogniti) *LEHENRECHT nominant, anguis more de manibus elapsi, per anfractus sermonum sine suo discrimine effugiebant*. Idoneum hoc mihi testimonium uidetur ad docendum scripti iuris eo tempore peregrinitatem. Facere huc quoque uidetur aliud diploma an. 1219. *Friderico II.* conditore Noribergensibus scriptum, ubi inter alia pri-

1 uilegia hoc etiam illis impertitur imperator: *Item nullus dominus* (feudi) *aliquem Noribergensem* (uasallum) *compellere debeat ad ius, quod nocatur* LEHENRECHT. Deinde

b) incertitudine officiorum feudalium.

2 fieri non potuisset, ut clientelaris obsequii tanta esset in Germanis ambiguitas, obscuritas, erratio, abusus, si potiora tantum feudorum momenta scripto olim iure

c) exemplo Longobardor.

3 definita fuissent. Praeterea cum ipsi Longobardi fateantur, ante Gerhardi & Oberti tempora controuersias feudales, quantum fieri potuerit, ex iure Romano decisas

4 fuisse, desideratis legibus feudorum I. F. I. multo magis idem in Germania credere licet, quae iurisprudentiam feudalem hodieque debet ditionibus transalpinis. Post cum

d) indole constitutionum imperialiũ.

5 Cunradi & Fridericorum constitutiones nonnisi uulgarissima in feudis prodant; uel hinc etiam clarum esse, puto, nullas eo tempore leges extitisse, ad quas uel in

e) silentio legum antiquiorum.

6 casibus uulgarissimis potuissent prouocare. Quid? quod hoc quoque silentium coniecturam hanc uel ideo firmet; quoniam Caesarum rescripta facilius suppleuissent iura feudorum, quam, ut fa-

f) maxima feudorum diuersitate

7 ctum esse uidemus, eadem constituissent. Tandem incredibile est, diuersitates & discrimina feudorum Germaniae tanta fuisse, ut,

8 quot curiae sint, tot iura habeamus; si feuda lege quadam, quae integrae quondam prouinciae in patria

que regnorum, quae populi germanici quondam ſub

patria communis fuerat, non uero pactis ac conuentionibus, quae ſingulorum ſunt, fuiſſent inſtituta. Ad extremum fieri non potuiſſet, in tanta iudicum ac curiarum Germaniae frequentia, ut omnia exempla codicis feudalis interiiſſent, ſi quidem is ullo unquam temre extitiſſet. Et qui ſtare prohibeatur illud, quod nunquam abrogatum eſſe reperitur.

g) quod eius iuris nihil ſuperſit.

(q) Reperi ego admodum illuſtre diploma apud SANDERVM in *Brabantia ſacra*, ea parte, ubi *Auerbodii abbatiam* deſcripſit, *cap. 2. p. 10.* quod Comes Loſſenſium an. 1155. his uerbis concepit. *Notum facio, quod duo fratres libertatis ſuae praedium, quod poſſidebant in Ecke, quae ſuper Moſam eſt, cum familia ad ipſos pertinente, tacti ſpiritu timoris Dei, eccleſiae Auerbodienſi legauerunt,* OBSERVATA SALICAE LEGIS OMNI CAVTELA. Sed fateor, mihi ſenſum formulae perobſcurum uideri. Si praedium illud *clientelare* fuiſſet: ultima primis optime reſponderent. Vereor autem, ut conſiſtat haec explicatio cum uerbo, *libertatis ſuae*, quod fere proprium fundum deſcribit, non feudalem. Clarius diploma CHIFLETII eſt *Vindiciar. Hiſpanicar. cap. 5. p. 45.* In eo enim *Ragimbaldus* comes in uicinia Moſellae ad *an. 957.* his uerbis ſcribit: *tradidi eccleſiae per manus fidelium* (uaſallorum) *meorum, LEGE SALICA uiuentium, praedium meum in comitatu Salnenſi*

Vetuſtiſſimae inſtitutorum feudalium Luciniae.

An in illis lex Salica?

1 *ſitum.* Unde ſatis conſtat, *legem*
ſalicam haud dubie loco inſtituto-
rum feudalium fuiſſe; quod *terra*
ſalica eadem fuerit, quam ditio,
cuius proprietas penes principem
2 aut rempublicam. Verum enim
uero cum praeter *titulum 62. §. 62.*
nihil in legibus ſalicis habeatur,
quod ad beneficiaria iura poſſit
referri, cum *furta* & *homicidia* co-
3 dicis huius initium & finis ſint:
operae pretium non eſt, hac cauſa
ſententiam mutare, feuda ante ſe-
culum XII. non legibus, ſed mo-
ribus aut pactis deſcripta fuiſſe.
4 Non tamen omiſimus, cum Salica,
tum etiam uetuſtiſſima alia quae-
que inſtituta gentium Germanica-
rum hic conſulere. Haec cum *He-*
roldus; Pithoeus; Joh. Sichardus;
5 *Goldaſtus; Wendelinus; Baluzius* &
alii forte ſigillatim ediderint, *Fri-*
dericus LINDENBROGIVS in Co-
dice LEGUM ANTIQUARUM collegit
exhibuitque uniuerſa. Recudi
6 meretur utiliſſimus liber, cum
nulla Germaniae prouincia ſit,
quae lumen accipere nequeat ex his
uetuſtioris Iuriſprudentiae ſcin-
tillis. De pretio, quod habeat,
7 illud *ſpeculatorum* par, ſententiam
dicam inferius. Summatim eam
prodidi in programmate de *emen-*
danda iuriſprudentia feudali ex
notitia medii aeui. Codices feuda-
8 les *Freberianum; Miricutii; Barerii,*
alios plures ſub examen uocabimus
ex inſtituto. Adhibebimus etiam
in noſtro ſyſtemate, quantum fieri

pote-

Codex LL. Germ. Lindenbrogii?

Singularia *prouinciarum* ſtatuta?

ditione sua habuere (r). Addo insigne humani iuris adiumentum, genuinos scilicet uerborum significatus

poterit, singularia cuiusque prouinciae statuta: quamuis haec ante duo secula & quod excurrit, uix reperiantur. Longobardico enim iure, in Germanis innotescente, ordines demum prouinciarum coiuere, non ut noua iura conderent, uerum ut pristina instituta in litteras referrent sibique cauerent a transalpinae legis peregrinitate. Quamuis illud etiam obseruauerim, ex hoc tempore artibus palatinorum; scholarum superstitione; socordiaque ac ignauia clientum factum esse, ut patriis moribus subinde aliquid pigmenti Italici adspergeretur. Adeo sensim patrios mores Germani nostri migrauere Sed haec luculentius exponam suo loco. Ceterum insigne adiumentum hoc fuit indagatori iurisprudentiae medii aeui. Quod enim in una prouincia uel deletum fuerat uel tenebris inuolutum; hoc extitit adparuitque in aliis, ut una alteram suo lumine uideatur illustrauisse.

Quid lucis dent regna extranea Germanis?

(r) Instituta aliorum regnorum in publicis Germanici imperii iuribus consuli, superfluum; sequi uero eadem, ueritati perniciosum esse, ego quidem semper credidi. Laborant hoc morbo *Limnaeus* & *Mylerus*. Contra in doctrina feudali, ubi dici non potest, quas faces ministrauerint praetulerintque populi exteri patriae consuetudinum indagatori. Nihil mirum. Equidem in uno loco sententiae *Hug. GROTII* non subscribo *lib. 1. c. 3. §. 23. Contractus* inquit *feudalis proprius Germanicarum gentium, neque usquam inuenitur, nisi ubi Germani sedes posuerunt.* Id uero manifestum est, nullibi Europae Germanos inueniri, quin uestigia hodieque prodant institutorum feudalium. In hoc numero *Longobardos, Francogallos, Burgundos, Anglos* ipse habet *Grotius* lib. 2. c. 7. §. 21. Quoniam uero *Septemtrionalia* regna atque extrema *Hispaniae* regio uel maiores Germanorum alunt uel ex illis colonos; facile ad arguendum est, quare haec quoque uestigia ostendant patriae consuetudinis. Imo cum paucis abhinc annis nullum Europae regnum fuerit, cui non imperauerint Germani, id tempus uolo, quo *Hispaniae* Austriaci; *Galliae* Wittekindei; *Britanniae* magnae Nassouii; Oldenburgici *Daniae; Sueciae* Palatini; *Porussiae* Brandenburgici; Saxones *Poloniae; Bohemiae Hungariaeque* Austria oriundi principes imperauerunt: causa manifesta est, quare singula haec Germanici moris aliquid habeant admixtum. Quapropter saepius in uno horum regnorum patrii iuris luculentae reliquiae uigent, quae in ipsa patria

tus (s) corruptos ac deprauatos nugis ac somniis doctorum (t). Haec effutientes dum nausearem, non

tria pridem obsoleuerunt. Exemplo *fructuariae tutelae*, de qua inferius. Vt taceam, potissima iura ex indole feudorum clara fieri: quae uero illa quondam fuerint hodieque sint, ex remotissimis quandoque locis conducendum esse. Quapropter operam me non perdidisse existimo exoticorum etiam ICtorum lectione.

Verborum cura quantum momenti in iure feudali?

(s) Quod *A. GELLIVS lib. 3. cap. 10. p. 6o.* de ICto Romano, Labeone Antistio memoriae prodidit; *Latinarum uocum origines rationesque percalluerat eaque praecipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos utebatur:* idem certe nos commendare oportet industrio rerum feudalium indagatori. Verba rerum imagines dixit uetustas. Quapropter saepe euenit, ut rerum, quae amissae sunt, memoria unice conseruetur in picturis. Traducendus est itaque animus ab his umbris ad corpus ueritatemque. Nemo ignorat, *feodi, uasalli, feloniae* & centum alia eius generis uerba originis esse Longobardicae, Longobardos Germanicae. Cum uero ante tot secula feudorum rationes in Germanis constitutae sint: iterum patet, ad illa tantum recurrendum esse in eruendis eorum significatibus genuinis. Quemadmodum uero temporis uetustas; usus; litterae; bella; migrationes, sacra ipsa, causae aliae plures dicendi consuetudinem maximopere mutarunt &

1 nescio in quas formas, maioribus inauditas uerterunt, ut, quae uernaculae monumenta ab aeuo Caroli uel Ottonum nobis supersunt, illa, Iouem lapidem iuraueris, pere-
2 grina esse, non in nostris moenibus nata: sic ineptos plane interpretes esse oportet, qui, ignorata rerum uerborumque antiquitate, docere audent sermonis feudalis etymolo-
3 gias. Nenias itaque & nugas egerunt plerique doctores, uerborum eius generis lexicographi. E quorum numero neque *Hottomannum* uel *Cuiacium* excepero, cetera uiros, nostro elogio maiores.
4 (t) Momentosa sunt, quae *Hub. ICti Romani GIPHANIVS* in epistola habet ad Rittershusium ICtum: *Deploranda est huius seculi ratio, quo, qui ne Latine quidem recte norunt, tamen*
5 *magnos & ponderosos de iure commentarios diuulgare non uerentur.* *Vir omnium laudum* cumulatissimus, *inquit de Petro Bellino* MENOCHIUS & *Menochii de Cuiacio idem, uir omnium laudum pectata*
6 dignissimus. *Idemque de Connano: grammaticus docte ac omnium melius doctissimus Connanus.* Eadem de causa conqueri hic licet; ICtos non solum Longobardica instituta illustrare ac re-
7 spondere; sed etiam uerborum eius iuris ortus & significatus prodere uoluisse: qui tamen rerum ac linguae populi istius se fatentur prorsus esse ignaros. Pudet animum
7 figmentorum, quibus illi non schedas aut libellos; sed grandia uolumina

qui Latine nesciunt.

Ineptiae doctorum in feudalibus uerbis.

non me puduit, antiquae Germaniae grammaticam discere cunctaque praesidia consulere ueteris linguae (u): ut stadium utrumque decurrerem &, quantum fieri posset, feliciter emetirer (x).

CAP. II.
DE VERBIS FEVDI ET BENEFICII SINGVLARIA.

§. I.

Verbor. significatus quid hic prosint?

PRincipio controuersia tollenda est, quam adhuc doctores de feudi & beneficii uocabulis solent habere (y). Qua luce inprimis est opus, ad dissipandas numina implent, magna temporis & membranarum iactura.

Adiumenta linguae obsoletae.

(u) Adiumentis in hoc linguae genere usus sum, quae sequuntur. Principio inspexi *grammaticos* atque in his centum Enniis laudabiliorem HIKESIVM, Anglum. Quod utilissimum opus utinam tanti non constaret, ut in plurium manibus esse posset, qui facere nequeunt magnas impensas. Deinde glossaria adhibui *Goldasti; Lindenbrogii; Wendelini; Spelmanni; Watsii; Somneri; Loccenii; Cangii*, cuius liber meretur, ut statuam auctori in Germania statuant Icti. Imo altius eundum fuerat. Legi enim ea caussa antiquioris uernaculae scriptores OTFRIDUM *Flacii*; WILLERAMUM *Pauli Merulae* & eius commentatorem *Franciscum Iunium*; *Poetam* TEUTONICUM *de S. Annone Martini Opitii*; TATIANUM *Palthenii*; *fragmentaque* eius aeui alia apud *Lambecium* & *Goldastum*. Quid? quod in deliciis quoque fuerit, VLPHILAM audire & huius commentatores *Iunium; Stiernhielmum* & Thomam *Mareschallum*. Ne scilicet ulla in parte industria mea futuro operi uiderer defuisse.

Ratio praesentis instituti.

(x) Non me supra alios effero, quae uesania a me absit. Id magis agnosco, feliciores in hoc instituto alios forte ICtos futuros fuisse, si quidem illi paria mecum subsidia nacti fuissent, quod fortunae est; uel, quod studii, si easdem mecum uigilias exegissent; uel etiam, quod amoris in Musas, si pares in hoc institutum facere uoluissent impensas.

Ineptiae doctorum in his etymologiis.

(y) Veniam hic do & uetustis doctoribus & peregrinis. Illis quidem, quod linguae desuetudine sublatae, nulla fere olim uestigia superfuerint: his autem, quod neque hodie trans alpes peruenerint medii aeui

nubes, quae rectiores doctrinas hactenus oppresserunt (z).

§.II. Feudi uerbum germanicum est: latine dixeris stipendium uel alimentum. Fidem huic sententiae faciunt quam plurima. Primum enim disparilis scriptura (a) barbaram prodit originem. Quod fieri

Feudi uerbum Germanicum est. Patet hoc

C

aeui, quae habemus, monumenta. Verum patrii iuris consultos hodieque in his etymologiis inscite nugari: id uero est, quod magna uituperatione reprehendi meretur. Docent hae fabulae, a tot iureconsultis decantatae, quod illorum sit, exscribere magis opiniones aliorum; quam suo marte idoneas rationes exquirere & doctrinae limites aliquo spatio proferre. Inferius uidebis, non frustra esse hoc genus querelae.

Etymologia quam opus sit in uerbis feudalibus.

(z) Superius p. 15. lit. s. iudicio aliorũ ostendi, quantum lumen cum omni iuri, tum feudorum institutis accedat ex uero feudalium uerborũ significatu. Ius enim hoc barbarum est, moribus constitutum & pactis, nullaque arte definitum: ut hoc fere solum remedium supersit, quo uti licet in formae, quam habuit, indagatione. Deinde facile ad ostendendũ, ficticias feudalium uerborum origines in causis ualde momentosis non solum imposuisse clarissimis doctoribus: sed etiam uniuersam hanc disciplinam tantum non deformauisse. Finge duos Titii fundum feudalem dicere. Quorum uni feodum idem quam *salarium* est; alteri tantum ac *fides*. Habebit ille militem seu alius generis *officialem*, qui de stipendio domini sui uiuat: alter possessorem fundi istius *proprietarium* opinabitur, qui tamen domino fidem suam addixisset. Quemadmodum uero uulgi sermo est; ex leui scintilla incendium: ita dici non potest, quantis erroribus causam det de uoculae etymo, quod momenti esse nullius uidetur, peruersa opinatio. Summatim certissimus sum, fore, ut limine hoc bene instructo, stadium uniuersae doctrinae sine offensione &, quae nostrae spes sunt, felicius aliis decurramus.

(a) Cum barbaris gentibus minus distincta fuisset uerborum pronunciatio; fieri aliter non potuit, quam ut litterarum quoque scriptura magnopere esset diuersa. Anserinos strepitus habueris sermones populi, ab omni cultura remoti. Non ergo mirum, sonos murmurantium diuersos diuersimode auribus eos recepisse auriumque iudicia decepisse deinde calamos scribentium. Accedit, quod ante quam linguae in litteras relatae sunt, cancellos non habent, quibus uocabula definiuntur, ut adeo uaga & mutabili ratione labantur & uicinitas ciuitati & domus

Barbari uerbi unde diuersa scriptura? Causae prima, altera,

a) ex multiformi ſcriptura.

fieri non poſſit, cultioris linguae uocabulum tantas pati uarietates. Monumentis diuerſis multiformes hic litterarum habitus ſunt. Alibi *feodum* offendo (b), alibi *pheodum* uel *phoedum* aut *phaedum* (c). Nonnunquam etiam *feum* & *feuum* lego (d). *Feudum* & *Fedum* rarius, frequentius idque iuniori aeuo *feudum*

---

mus domui conſona eſſe uideatur.

tertia. Ad extremum, qui barbara uocabula litteris adnotant, illi haec nuda eſſe nolunt, ſed quodam illa ueſtitu ornant, ad indolem cultioris linguae compoſito. Hunc ergo cum diuerſi diuerſimode effingant, facile accidit, ut, quae eadem uerba ſunt, multum tamen inuicem diſtent habitu litterarum. Haec omnia cauentur in linguis, quae ſubiacent regulis ac legibus grammaticorum.

Feodum. (b) *Feodum, feodarius, infeodare* in diplomatibus germanicarum gentium paſſim & frequentius inuenitur, quam uerbi eiusdem habitus reliqui. Unde facile eſt ad concludendum, illam demum etymologiam optimam eſſe, quae ab his ſyllabis minus recedit. In re, quae aliis iam teſtatiſſima eſt, nolo tempus impendere diplom tum enarratione. Gallica habes apud FRESNEVM, BALVCIVM & BOVCHETVM; apud MIRAEVM & HEDAM Belgica; Anglica in MONASTICO eius regni & apud CRAGIVM, SPELMANNVM, SOMNERVM alios; Germanica apud GOLDASTVM, MADERVM, anonymum LAVRISHAIMENSEM, SCHATENIVM, alios.

Phoedum. (c) Qui litterarum *f.* cum *ph.*

1 in pronunicando uicinitatem & medii aeui ignorantiam cogitauerit, ille nequicquam mouebitur diſcrimine huius ſcriptionis. Accedit, quod diphthongos oe, eo, ae, ignaua quoque & uacillans aetas

2 confuderit facillime. Quid dixero de inſcitia & ſocordia amanuenſium. Ceterum *foedi* & *phoedi* uerba in Caroli craſſi fictitia illa conſtitutione

3 reperiri, notat FREHERVS, quamuis neque exempla alia poſſint nobis deeſſe.

(d) *Feuum* pro feudum extat in monumento *ACHERIANO tom.* VIII. *ſpicilegii p. 220.* Ad hanc for-

4 mam ſe uox habet in diplomate apud *BOVCHETVM en ſon hiſtoire de la maiſon de Coligny p. 48. & ſi quid,* quemadmodum uerba ſunt, de FE-

5 VATARIIS *illius dono.* Alia exempla in medium protulit *FRESNEVS p. 422.* Quae hic eo fine conduco, quod plures ſint, qui *feudi* ortus ab *ode*, uocabulum poſſeſſionem interpre-

6 tantur, repetunt, quorum uero rationes peſſime congruunt huic ſcripturae. Equidem opinari poſſem, gallico illam etymo deberi *fief*, quae locutio in *fiefum* ſiue *feuum* facile potuerit degenerare: poſtrema ta-

7 men uox & ipſa nimium a prima differt, ut taceam, utriusque litteras mul-

Feuum.

dum occurrit (e). Habetur etiam in masculino uerbum hoc, *feuus* seu *feudus* (f). Quorum omnium rationes nobis sunt expeditissimae.

b) ex adpellatione & significatu.

§. III. Alterum nostrae adsertionis argumentum illud est, quod *feodi* uox hodieque in uernacula super-

multum ab *ode* distare, ut cum illo originis nequeat esse eiusdem.

Feudum uox recentioris notae. (e) In uetustiorum seculorum monumentis ubique *feodum* reperitur, ut satis certum sit, *feudi* scripturam recentioris esse instituti. Id quod facile potuit euenire. Est enim metasticheiosis cum cultiori, tum barbaro aeuo frequentissima, ut *u* in *o* commutetur. Ab *humo homines*, post demum *homines* dictum esse scriptumque, ueteres docent grammatici. Contra, *PRISCIANO* eodem teste *lib. 14. p. 203.* ueterum pronunciatio *com, secom, mecom* fuit; quae hodie aures maximopere offendit. Accedit praeterea, quod diphthongum *eo* Latini horreant; *eu* uero etiam illis quandoque unam constituat syllabam. Quare factum esse puto, ut pro *feodum*, dicere maluerint *feudum*: quando illa tantum pronuntiatio hodieque in Anglia obtineat, teste *SPELMANNO p. 216. archaeologiae.* Ceterum poetae,

feodum an bisyllabum? quod animi penderent; *feodi* uerbum trisyllabum esset, an bisyllabum: *feudum* canere maluere, ut Latinorum diphthongo *eu* extra dubitationis aleam constituerentur. Eadem causa aliqui *foedum* pro, *feodum* posuere, quod uetustioribus etiam codicibus tribuitur LIGVRINI,

fedum *Fedum* & *Fedinum* in diploma-

1 te ao. 1091. offenditur, quod exhibet *Ludouicus Cantarellus le FEBVRE en traité des fiefs ad h. a.* Quod occasionem dedit Italis doctoribus uerbum a *fede*, *fide* ducendi, quod infra refellam: cum certum sit, *fe* & *fee* Ger-

2 manica uocabula huic quoque scripturae causas fuisse.

(f) In masculino etiam genere *Feudus cur dictum masculino.* uerbum offenditur apud *Odericum*

3 VITALEM *lib.* VIII. *ad an. 1089. p. 680.* ubi Guilielmus rufus his uerbis populum adloquitur: *Nunc igitur commoneo uos omnes, qui patris mei homines fuistis &* FEUDOS *uestros in Normannia & Anglia de illo tenu-*

4 *istis, ut mihi sine dolo faueatis.* Fateor, non improbabile esse ad coniectandum, scribae hic uitia se prodere, qui *feudos* posuerit pro *fundos*. Verum

5 exempla alia plura idem docent, quae tollere possunt errationis suspicionem. *A Radulfo* DICETO *ad an. 1189. p. m. 650.* diploma exhibetur Philippi Francorum regis, ubi, *feu-*

6 *dus*, uocabulum bis occurrit idque in una periodo. FEVDI *autem illius, qui per forisfactum suum exheredatus fuerit, transeant in proprietatem & dominium propinquioris domini,*

7 *a quo* FEUDI *mouebunt.* Facit hoc, ut uocabulum feudi interpretem Latinum adiectiue accepisse, existimem in neutro genere *ad praedium* respi-

superſit (g) tam adpellatione, quam rei ipſius ſignificatu. *Feod, foeda* aut, ſi qua alia ratione ſcripſeris, germanicis gentibus idem fuit, quam ſalarium aut alimentum. Quid? quod uocabulum hoc tantum non primae linguae coaeuum ſit. Ante enim quam cogniti Romanis eſſent Germani, utrique genti hoc per-

---

Feo & feodum barbarus populis ſtipendium. Suſpecti teſtes ICti; *idonei hic magis* grammatici.

reſpiciendo, ad *fundum* autem in maſculino.

(g) Non teſtes hic laudabo iuris interpretes. Poſſet enim eſſe aduerſus illos ſuſpicio, in quam poetae ueniunt, quod metri cauſa uerborum quandoque & ſenſus corrumpant & litteras. Verum a grammaticis, oratoribus, hiſtoricis, quos conducam, nihil eius generis periculi, quippe qui in linguis uetuſtioribus uerba feudalia non quaeſiuerunt: ſed ultro oblata bona fide nobis enarrauerunt.

Quorum auctoritate uerbum in uſu Germanis, Saxonibus ſpeciatim.

Guilielmus SOMNERVS, in opuſculo *de Gauelkind cap. 4. Feudum Teutonicae genti* FEOH, *id eſt, ſalarium.* Quod idem repetit in reſponſoria epiſtola ad *Mericum CASAVBONVM*, quae p. 20. exhibetur in libello *de quatuor linguis*, ubi ait: *Saxonibus pecunia, bona, ſubſtantia* FEOH. Eadem fere ſunt, quae *Fr. IVNIVS* refert p. 230. ad Willeramum. Plenius longe *Georgius STIRNHIELM in gloſſario* Vlphila-Gothico p. m. 46. FOEDA; FODA; FOOD *alimentum. Et hinc decantatum illud feudum, bona ſcilicet, quae ſunt data till* FOEDUM, *hoc eſt, in alimentum. De cuius uocis etymo, Andabatarum more digladiantur linguae Scandicae* (unde uetuſtior teu-

1 tonica) *imperiti interpretes.* Similia leguntur apud *SPELMANNVM* p. 216. FEUDUM, *ſalarium eſt, per tranſlationem praedium, quo ex beneficio domini gaudet uaſallus.* FEO *enim*
2 FEH & FEOH *Saxonibus*; *Anglis hodieque* FEE *merces, ſtipendium atque inde feodum.* Eandem uocem uetuſtioribus Gallis tribuit *COSSELINVS*, in libro huius argumenti, p. 270. *Feuda ex eo. Nam maioribus*
3 *noſtris fiu & fio pecunia & pecus, quod fuit illis loco nummorum.* Luculenta magis ſunt, quae ſcribit doctiſſimus Scotus, *Thomas CRAGIVS lib. 1. de feud. Angl. diegeſi 9. p. 41. Ego*, inquit,
4 *feudi uocem non eſſe deriuatam, ſed primitiuam, ſeu primogeniam puto, & a borealibus gentibus uſurpatam pro mercede, quae pro alimentis datur (habes hic clare* das Beſoldungs-Recht) *& ab ipſis inſubribus*
5 *ceptam & retentam auguror. Hic praecipue rationibus adductus, quod ex prima inſtitutione feudum nihil aliud erat, quam merces.* Domeſticus teſtis eſt *Iohan. STIERNHOOCK*
6 *Iur. Suec. cap. 6. p. 277. Feudum maiores noſtri alimoniam uocabant, ut & hodie in uallis orientalibus, ubi & uoces & phraſes ſeu modi loquendi in iure antiquo uſitati adhuc retinentur. Feu-*
7 *dum*

de Populis ſeptentrionalibus quibusq;

perfamiliare fuit (h), ut illud a uetustissima mortalium propagine accepisse uideantur (i).

§. IV.

dum ipsis alimonia. In ipso Suecici iuris codice *cap. 24.* in *Iorda Balker* uerbum *foedbo, fodber* in hoc significatu occurrit; ut mirer, *Wexionium GYLLENSTOLPIVM cap. 5. Politicae Suec.* §. 4 p. 324. extra oleam hic uagari. Ceterum in Pomerania aliisque ditionibus Venedorum *feoda* uerbo hodieque alimentum uel etiam stipendium significari, sermone accepimus eius orae incolarum.

Imo obsoletae Latinitati, ubi fedus.

(h) Nemini iudicium meum in hoc genere obtrudo; quod illud necquicquam argumento huic queat obesse. Ait *FESTVS* p. 287. sub h. u. FEDUM *antiqui dicebant pro hedo.* Unde uero huius origo uerbi? Respondet *ISIDORVS lib. 12. origin. cap. 1. p. 1111.* HEDI seu FEDI *ab edendo uocati. Parui enim pinguissimi sunt & saporis iucundi. Unde & edere, inde & edulium uocatur.* Quod ergo discrimen inter, *fedo* Latinorum & barbari populi *feod, feo.* Utrumque enim uocabulum utrique de re dicitur prorsus eadem, scilicet de *eduliis* id est generis uarii alimentis. *Fendica* inter obsoletas uoces quidam habent apud *ARNOBIVM lib. 7. p. 389.* Verum, quod uideam, disputare criticos de scriptura, aliosque *fendica* legere: nolui me huic dissidio immiscere, ne disputando tenebras affunderem ueritati.

Vestigia in Graecis.

Graecorum uero βίω, βοτὸς, βολεῖν, βίος, φύω, φυτὸς huc etiam pertinere, nullus dubito: quod ad-

1 pellatio fere eadem sit apud ger-
manos. *Fio* enim pecora diximus,
ut in catalogo *LIPSII* Cent. 3 epist.
44. p. 690. hodie *Vieh, foderen; fu-*
deren; alere hodie *futeren.* Significa-
2 tus uero necquicquam diuersus, cum
& ipse ad corporis tantum nutrimen-
ta pertinere uideatur. Conferatur
Mericus CASAVBONVS de *lingua*
Anglica p. 324. & p. 244.
3 (i) Haeresin, quam olim in *disser-*
tatione rerum Halensium prodidi,
etiamnunc sector: omnes linguas
unam matrem loqui, in qua mille
uocabula hodieque miro omnium
4 gentium per orbem uniuersum con-
centu conspirent. Omnes uni pa-
renti uitam debemus; sic uni etiam
sermonem. Non superstes nobis
Adamus: nos tamen superstites su-
5 mus, illius propago. Frustra ita-
que de primaeua lingua soliciti su-
mus, quae pridem sepulta obsoleta-
que. Frustra etiam illa dissidia sunt,
qui populus propius accedat ad pri-
6 mum parentem: cum omnes distare
nos ab eodem sciamus longissimo
interuallo. Quod sibi dictum pu-
tent illi, qui uni linguae adserunt
primordia reliquarum. Risit Go-
7 ropium *Becanum* Iustus *Lipsius*,
quod hunc honorem tribuerit Bel-
gis. Eodem autem iure explodi alios
posse, certum habeo, qui hoc ad-
firmant de Ebrea aut alia generis
8 cuiuscunque. Fateor, Ebream
primum in litteras relatam esse,
proptereaque mutabilitati non adeo
fuisse

Omnium linguarum principes ex una matre.

Neniae de lingua Adami.

Primatus Ebreae.

c) ex aetate uerbi in diplomatibus Latinis.

d) ex eius synonymo, beneficium.

§. IV. Deinde si feudi uerbum Romanis natales debet, qui factum esse, dicemus; ante decimum seculum idem in latinis libellis non adhibitum fuisse (k). Contra cum innumera nos exempla doceant, illo tempore latine *beneficia* dicta fuisse, quae in uernacula feod audiuere; nouum inde argumentũ est, uerbum esse germanicum diuque post demum Romana do-

fuisse obnoxiam. Verum quae conuersiones eius ante diluuium; quae post diluuium. Cum ab illius aetate nouem secula praeterlapsa sint, antequam Moses codicem scriberet quinque librorum. Dici enim nequit, Mosen lingua Adami aut patriarcharum scripsisse. Quis quaeso Israelitarum! his uerbis scribentem intellexisset? Populum uero istum in sermone suo euro mutabiliorem fuisse, re ipsa scimus. Magistri certe Iudaeorum pro uarietate seculorum, diuersissimas habent rationes dicendi. Quid? quod filia matri adeo dissimilis sit, ut alias nunc scholas Ebraica uelint: alias Rabbinica. Ceterum mille diuersissimarum linguarum uocabula unam hodieque matrem loqui, tribus etiam exemplis idque in uernacula & latina ostendam, quod alias litteras ad manus non habeat typographus. Quis eiusdem adpellationis esse negauerit, *copf; caput: os; gosche: pus; pes; fus: uenter; nantres; wanst: anris; or: nasus; nas: ang, og; oculus: craus; crinis: stomachus, mag: cor, horz, herz: dens; zehn: ede; etenzessen: eo; geh: sede; seze: stes; ste* & quae sunt generis eius-

Verba eadem Latinis & Germanis.

1 dem. Nolui uagari extra ea, quae sunt corporis humani. Mirum enim non est, rerum, post inuentarum, quam in colonias iam diuersas iuere mortales, noua quoque esse
2 eaque diuersa uocabula. Video *Georgium STIERNHIELMVM*, in praefatione, *Vlfilae* adposita, mecum sentire: quamuis mihi is auctor non sit, cui debeam, quae sentio de ori-
3 ginibus linguarum.

(k) Non alienam, sed meam hic fidem sequor; ante decimum seculum latinos libellos a *feodi* uerbo prorsus abhorruisse. Ipse enim
4 mille diplomata, imo clientelares litteras cuiuscunque fere generis perlegi, neque tamen uerbi alius in hoc argumento memini, quam *beneficii; stipendii; clientelae*. Prorsus
5 itaque adsentior *Guilielmo SOMNERO* in accessionibus ad scriptores *Seldenianos h. u.* ubi scribit: *Feudi uocem in nullo, mihi saltem non suspectae fidei monumento ante annum*
6 *Christi millesimum reperiendum, commonui.* Recentiorem aetatem feudi uerbo ante fixerat *Marquard. FREHERVS*, quam Velseriano monumento expeditionis Romanae in transuersum ageretur. Duodecimo enim

Feodi uox Latinis primum audita

Seculo decimo.

donatum fuisse ciuitate (l). Quamuis uetustiora quoque exempla, dummodo illa genuina sint, doctrinis meis nec quicquam possint obesse (m). Caue tamen

enim seculo ille demum putauerat *feudi* adpellationem Latinitati innotuisse. Sed fallitur, cum decimi seculi exempla certissima sint: undecimi necquicquam rara uel in historicis uel etiam in clientelaribus libellis. *Le FEBVRE en traité des fiefs lib. 1. c. 1. & 5.* uocabulum ad Capetingica tempora uidetur alligare. A quo *FRESNEVM* non multum diffidere arbitror; quod ipse uetustiora quaeque diplomata subleftae incuset fidei. Doctorum opiniones hic parum curo. Rei enim diplomaticae peritia opus est in hoc argumento: qua illi fere destituuntur.

Caussae uerbi serius adhibiti in diplomatibus. (l) Miror, doctores non uidisse discrimen inter feod uerbum in uernacula & eius ciuitatem latinam. *Werre* uel *guerre* Germanis nullo non tempore bellum denotauit: sed *guerra*, latina terminatione uestita, inuentum est medii aeui. Similiter *feod; fee*, quod supra p. 20. scripsimus, maioribus nostris idem semper fuit, quam alimentum aut salarium; ex quo uero curiae eorum latinae *beneficii* uocem cum *feudo* commutarunt, id demum existimamus, non superare aetatem sex fere seculorum. In Britanniam e Saxonia transalbina migrauit dictio *feod* seculo iam quinto, quod omnes Angli fatentur, qui eandem pro uerbo habent Saxonico; uerum tamen nullus est eorum, qui idem curiis ante decimum seculum in usu fuisse, audeat adfirmare. Idem plane iudicium est de Germania & septentrionalibus regnis aliis. Qui uero hoc factum sit, id facile est ad diuinandum. Principio enim nulli curiales libelli, nedum clientelares, quamuis uix unus e centum uasallis latine intellexerit, uerbis aliis concepti sunt, quam latinis, non germanicis, ne nomen in uernacula posset adhiberi. Nam mireris cleri artes: ante seculum XIII. leges ciuiles; feudales; ecclesiasticae sermone loquebantur tantum Romano, quod de ipsa quoque Suecia obseruat *Carolus LVNDIVS in prolegomenis ad LL. Uplandicas p. 3.* *Prima.* Deinde cum *beneficii* significatus penitus responderet rei, per *feod* in uernacula denotatae: opus non fuerat ad barbaram uocem iureconsultos delabi. *altera.* Accessit, quod illi, qui iurium Romanorum gnari fuere, ipsa quoque feuda ad decreta eorum, quantum fieri poterat, aestimarent nollentque desuefieri a nominibus latinis. *tertia.* Fateor; *uasalli, allodii* ceteraque uerba longe tamen citius in latinum sermonem irrepsisse. *Obiectio remouetur.* Verum non occurrit forte iureconsultis latinum nomen, quod germanicis illis penitus respondere existimarent.

Quid de uetustioribus feodi (m) Fateor, *Antonium DOMINICVM cap. 15. de praerogatiua allodiorum*

tamen, *beneficii* uocem hoc significatu barbaram habeas (n) aut philosophum eius facias interpretem (o). Nam Caesares Romani fundos, militibus, stipendii

uerbi exemplis?

diorum p. 105. plurimum operae posuisse in adserenda uerbo *feodi* uetustiori aetate: quippe qui ad Caroli Magni tempora se eandem credit protulisse. *FREHERUM* quoque Caroli crassi monumento fidem tribuere, ubi aliquoties *feodi* uox occurrit, supra diximus. In charta Pipini, quam *ACHERIUS tom. 13. spicileg. p. 231.* in medium produxit, similiter inuenitur *fendi* uocabulum. Ut adsertores eius generis taceam alios. Verum notissima sunt indicia eruditorum uirorum, qui omnem eius aeui diplomatibus fidem derogant. Primum ac tertium per latus impetit *FRESNEVS*; alterius argumenta conuellunt *BOECLERUS de rebus sec. IX. & X. p. 186. & in notitia S. R. I. lib. 15. c. 2. CONRINGIUS de Orig. Iur. Germ. c. 17. SCHILTERUS in comment. iur. Alem. §. 7. p. 7. & cap. 8. §. 10. p. 98.* innumerique feudalis ac publici iuris interpretes alii. Ego, si reliqua tantam aetatem ferrent, ob solam *feodi* mentionem ueterrimo cuique diplomati fidem meam non denegarem. Fieri enim potuit, in tanta seculorum barbarie, ut scribae principis aut historico germanica uox excideret, praeter usum, curiis eius aeui communem.

Beneficii uerbum num significatu

(n) Hunc errorem plerique errant lexicographi atque etiam ICti humaniores. Existimant enim *beneficii* uocem pro *feudo* acceptam, *barbarum* adpellatione quidem latinam: significatu autem barbaram esse. Nos ex utraque caussa eam puriori latinitati uindicabimus. *Louis Chanteraule FEBVRE de l' origine des fiefs cap. 2. p. 7. Nos premiers historiens, qui on escrit en Latin a cause, que peu de personnes eussent scen lire les characteres de la langue Francique & Gauloise, qui estoit une mesme langue, appellerent cette sorte de possession & iouissance* BENEFICE, *a cause come ie croy, qu' elle procedoit de la grace & de liberalité du Roy. Leur style, qui tient un peu de la barbarie, montre qu' ils auoient peu de connoissance de la pureté de la langue Latine, ce qui leur fit rendre le* PR-OD *francique par le mot de* BENEFICIUM, *dont la signification est bien d' autre consideration.*

fit??

Senecae interpretatio minus legitima.

(o) *SENECA lib. 1. de beneficiis cap. 6.* his uerbis BENEFICIUM definit: *Beneficium est beneuola actio tribuens gaudium; capiensque tribuendo.* Verum miror, hanc crambem recoqui in omnibus doctrinae feudalis systematibus ac libellis, cum instituto nostro pessime congruere uideatur. Nam est haec descriptio *causalis*, non *formalis*, qualem accuratus requirit philosophus. Quod Senecae condonandum, qui Stoicorum dialecticam est sequutus. Deinde beneficium in hoc argumento uirtus

dii loco, adſignatos, beneficia dixere (p): quo ſenſu LIBER BENEFICIORUM legitur etiam nunc apud ſcriptores de rebus agrariis (q).

§. V. Haec itaque omnia cum apertiſſima ſint, nihil dubitamus, etymon explodere alia quaeque, hic per epitomen recenſenda. Sunt autem in hoc numero qui feudum ducendum eſſe exiſtimant uel a *fide* (r), auctorita- *Etyma feudi peruerſa.*

D

uirtus eſt, quam non attendunt rationes clientelares, quae tantum iura reſpiciunt, multum a uirtutibus diuerſa. Puſt hic ſignificatus eſt generalis: cum alius ſuperſit, proprius inſtitutis feudorum.

Feuda beneficia dicta ſunt pure & latine. (p) Plenius hac de re agemus ſuo loco, explicaturi de feudorum ſynonymis. Nunc ſummatim illud tenendum eſt, Romanis beneficia dicta fuiſſe praedia, adſignata militibus ut ipſi ac liberi eorum a ſeruitiis reipublicae eſſent maxime militaribus. Fructus illis ſtipendii loco fuere; directo dominio apud principem aut rempublicam remanente. Ouum ouo ſimilius eſſe non poſſe, quam feuda Germanorum Romanis beneficiis, infra dabimus commonſtratum. Interim commentarii inſtar eſſe poteſt in hoc argumento *CAESAR BVLENGERVS. de imperio Rom. lib. 9. cap. 94. p. m. 753.*

Liber beneficiorum Caeſaris quis? (q) Matriculam aut breuiarium dixeris, quod feuda reipublicae ſigillatim deſcribit. *Ein Lehenbuch; Lehen-Regiſter. HYGINVS de limit. conſtit, p. 193. Et ſi qua beneficio conceſſa aut adſignata coloniae ſiue in proximo ſiue inter alias ciuitates, in* LIBRO BENEFICIORVM *adſcribemus.*

1 Eiusdem argumenti eſt, quod habet *DOLABELLA* ſub fin. p. 301. *quaeris in libro beneficiorum regionis illius, ubi beneficium alicui Auguſtus dederit.* Plura, quod dixi, teſtimonia con-
2 ducam inferius.

(r) Referri haec opinio omni iure poteſt inter communiſſimas, quam numerus ita ſentientium; uetuſtas, auctoritas legis uidentur contueri. *Etymon feudi num a* FIDE?
3 Nam 2. F. 3. *ſub finem* haec ſcripta eſſe, reperiuntur: *Nulla inueſtitura ei fiat, qui fidem recuſat: cum a* FIDELITATE *feudum dicatur uel a* FIDE. A ſeculo ergo duodecimo inde om-
4 nes doctores ac interpretes feudorum hoc etymon coeco impetu fuere ſequuti. Loca *Baldi; Beluiſo; Landenſis;* ab *Ardizone; Aluarotti; Raynaudi* congeſſit *IASON ſuper uſib.*
5 *feud. n. 28. 29. p. 197. b.* Merito itaque communis audit haec ſententia *SCHRADERO part. 2. c. 1. n. 4.* & *ROSENTHALIO cap. 1. concl. 6. n. 3. p. 6.* cui & ipſi ſuffragantur. Quod
6 autem mireris, *STRVVIVS* quoque *cap. 2. n. 3. p. 46.* patrocinium eius ſuſcepit; parum motus rationibus partis aduerſae. Verum enimuero non poſſumus, quin uſitatum & peruulgatum errorem coarguamus *quod negatur.*

ritate feudalium decretorum idque si non grammatice; logice tamen, quod dicunt (s): uel a *febde*, *faida*, quod militaria officia sibi habeat proposita, finem feu-

Rationes, *prima*, mus, Principio litterarum ratio utrique uocabulo prorsus diuersa est. Nimium enim quantum a se distant FEVDVM & FIDES. Neque est, quod reponas: Longobardis, Italiae incolis *fidem* FEDE audire, ut *fede degno* pro *fide digno*. Nam si hoc, qui FEVDA & FEODA dixere, non FEDA, ipsi quoque Itali, quibus hodieque feudum est *feudo*; non *fedo*. Facilior certe pronuntiatio FEDI, quam FEODI; INFEDARE, quam INFEODARE; ut nequeat dici, placuisse *altera*, posterius propter euphoniam. Deinde cum supra p.17. sit commonstratum, barbara iura barbara iuris uocabula uelle: inconcinna iterum esset haec deriuatio, a peregrino *tertia*, sermone repetita. Praeterea si FEVDVM a FIDE duceretur, quomodo illi responderet latina eius inter- *quarta*, pretatio, BENEFICIVM. Post quid uel opus fuisset eadem, si FEVDI uox & ipsa iam barbaro latina esset, a *quinta*. latino FIDES mutuata. Demum quid quaeso obstitisset, quo minus ante decimum seculum feudi uox in latinis libellis esset adhibita, si Romanis ea natalibus fuisset oriunda. Ei enim, qui ciuis iam est, qui opus fuerit, iure donari ciuita- *sexta*, tis? Ad extremum secula uetustiora, quae FEVDI uerbum desiderant, tantum non in ipsa barbarie lautitiam sermonis posuere, ut causae nullae essent, abhorrere ab usu uerbi barbaro latini in clientelaribus libellis.

Quae autem nobis opponi solent, illa ad confutandum sunt facillima. *Contrariorum dissolutio.* Nam primo iuris feudalis 2. F. 3. nulla in hoc genere auctoritas. Partim *In lege non obligat prooemium.* quod haec lis ad rempublicam non ciuilem; sed litterariam pertineat, in quam nihil arbitrii habet legislator: partim quod ipsa scripti iuris uerba ambigua sint: partim quod in aliorum quoque uerborum etymis illud ineptiat, quae rideri magis, quam confutari merentur. *Markgrau; Marchio & Marchia* 2. F. 10. a *mari*, quod huic uicini sint, ducitur, qua re quae potest esse magis absurda. Causas uero, quas in formula *Marchiae Brandeburgicae* nos indicauimus, iuris huius scriptor non est adsequutus. Deinde in omni tamen *feudo*, *fidem* requiri adfirmant. Sed quid tum? Omne quoque feudum dominium requirit; ergo *feudum* dictum est ductumque a dominio. Mitto nenias.

(s) Ita *CARPZOVIVS dispur.* *Notationes feud. 1. §. 24. Et ut notatio* (feudi a *logitae cur* fide, fede) *minus forsan esset gram-* *magis in usu matica; tamen satis logica est, quam* *Ictis, quam Icti magis curare solent.* Fateor & *grammaticae?* philosophos & iureconsultos hoc loco dialectico pessime abuti, & ortus uerborum cum lusibus turpiter commiscere. Exemplum habes ex illis apud *CICERONEM lib. 1. officior. c. 13. p. 59. Fides est dictorum ueritas. Ex quo, quanquam hoc uidebitur fortasse cuipiam durius, tamen audea-*

mus

feudorum (t): uel a notis litterarum F. E. D. V. M.

D 2 more

mus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde uerba sint ducta credamusque, quia FIAT, *quod* DICTUM *est, adpellatam* FIDEM. Ex his uero apud *PAVLVM l. 57. ff. de V. S: Magister dicitur a monendo seu monstrando.* Quod idem Stoicis tribuo, in hoc genere licentioribus, quorum dialectica iureconsultis Romanis ualde fuit probata. Verum ad ineptias abit, quotusquisque est, qui exempla haec imitatur. Facetiae sunt, anagrammatibus plane similes, quam artem non ueritas protulit, sed calumnia uel adulatio. Hinc frustra sunt doctores, in regulis effingendis, secundum quas concludant iureconsultorum huius generis etymologiae. Scilicet non *affirmatiue*, sed *negatiue* dicunt ex illis esse argumendum. Hac ratione; ubi *fidelitas* non est, ibi neque *feudum*: non uero ubi *fidelitas*, ibi etiam illico *feudum*. Verum & hoc fallit. Exempli gratia: *Augustum* ducunt ab *augendo*. Ergo, qui non *auget* imperium, is non est *Augustus*. Fatua deliria. Ego etymologiarum nomine indignas esse censeo uerborum, quas dicunt, allusiones. Illas magni facio; has contemno & mulierculis aut puerorum ingeniis relinquo. Utinam stoicismus leges & iurisprudentiam hoc sputo non foedasset: uellem etiam, si quid uota possent, omnes hi lusus ex iuris codicibus iterum expungerentur. Quid uero, si legislator ita instituit? Ego in omni lege distinguere soleo

Stultius nihil est allusionibus uerborum.

etiam in ipsis legibus.

inter ea, quae permittit aut praecipit legislator, & illa, quae docet. Primum genus ueneror: non ultimum, quod sub censuram uocare nullus dubito. Ita 2. F. 3. obsequor uerbis: *nulla inuestitura fiat ei, qui fidem recusat:* sed rationem, quae sequitur, quia *feudum* dicatur a *fide*, rideo & explodo. Teneant itaque illud in legibus scribendis prudentes legumlatores; ne in illis philosophentur. Ita enim eos iudicia subire oportet litteratorum uirorum. Consuluisset famae suae Tribonianus, si leges ἄνευ προοιμίων scripsisset: quam fere perdidit, temere ratiocinando.

Cur legislator non debeat philosophari

exemplo Triboniani.

(t) Huic opinioni auctoritatem addidit *Franc. HOTTOMANNVS Disput. feud. 1. cap. 1. p. 10. Cum feuda militiae officia potissimum respiciant, ueni quidem in eam opinionem, ut* FEVDVM *a Germanico* FEHD *deductum esse existimarem, qua bellum significari, uel publico uel priuato consilio susceptum, complures eruditi in germania uiri tradiderunt. Unde* FEHDA *in legibus barbaricis inimicitiae.* Verum inconcinna est haec quoque deriuatio. Primum ineptissimi fuissent iureconsulti, interpretes, FEVDVM, ab inimicitia ac dissidio dictum, uerbo significare BENEFICII: sane germanicam illico uocem in libellis etiam latinis illi adhibuissent, si quidem romanam non offendissent, quae germanicae propius responderet. *Deinde* ipse agnoscit adsertor, *feud*, uerbum germanis omne

Feudi etymon num a FEHDE.

more ueterum iure consultorũ (u): uel a *foedere*, quod hoc uinculo teneantur dominus & uasallus (x): uel a *fundo*, quod eius uerbi cum feudo facilis sit in adpella-

omne beneficium aut gratiam denotauisse. Quid ergo fidem fecerit metamorphosi ex agno in anguem; ab amore ad iras. Tandem *fed; faid; fehde; fedum* magis fecissent in latino, quam *feudum* aut *feodum*. Ad extremum inter antiquissima *feuda ecclesiastica* fuere, *pfarrlehen*: illa autem, qui nomen sortiri potuere ab aliquo genere diffidationum. Ceterum non autorem esse huius opinionis Hottomannum, exempla uetustiorum ictorum docent, ALVAROTTI ad I. F. I. c. uers. *ad hoc* ipsius GLOSSAE: CVMANI: *Ioh. Thom. de* MARINIS: CAMERARII in institutionibus feudorum. Adde TIRAQVELLUM *de ll. connubial. lib. 1. n. 6.* INTRIGIOLVM Q. 2 n. 30. Confutat eandem VVLTEIVS *lib. 1. c. 2. n. 2.*

Nisi a NOTIS *literarum?*

(u) Non stultius quid esse potest hac opinione. Verum iniuriam faciunt doctores *Ioh. BODINO*, quod scribunt, illum uere eandem defendisse, Auctor est eius, quod extra dubitationem; non propugnator. Ita enim *lib. 1. de republ. c. 9. p. 168.* *A* FIDE *praestanda* FEVDA *dicta sunt. Hinc enim* F. E. D. V. M. *dici uidetur, quod qui fidem daret, his uerbis utebatur*: FIDELIS ERO DOMINO VERO MEO: *contractis autem dictionibus in litteras* FIDI *adpellationem traxerunt. Nisi a* FOEDIRE *utrinque contracto deriuari uerius sit.* Qui nouit ingenium Bodini, is non referet hoc ad sententias eius; uerum ad facetias,

1 quibus condire solitus fuerat ser-
mones. Ceterum id nemini potest
esse obscurum: Romanos in codi-
cibus; libellis; lapidibus; nummis;
sepulchris, columnis, monimentis-
2 que eius generis aliis *initiali* littera
integram uocem denotauisse. Sic
F. E. D. tria Romanis uerba descrip-
sit: FACTVM ESSE DICITVR. Siue
autem illi mores introducti fuerint
3 compendii ergo, si scriptori nimiae
uel spatii uel temporis angustiae:
siue, quod his inuolucris sensus
propagarent reconditos atque pe-
riculi expertes; siue etiam, quod
4 sibyllina folia, scripturae Maiesta-
tem quandam conciliare crederent,
si mysteria eius uulgo essent occul-
ta; quicquid sit: nullum exinde
uideo huic opinioni accedere patro-
5 cinium. Nam in barbaris seculis
medii aeui haec scribendi ratio de-
suetudine fuerat sublata; post nul-
lum exemplum occurrit, ubi ex
literarum notis nouae factae sunt
6 uoces; praeterea *fedi* uerbum mi-
nus usitatum est, frequentius *feodum*
& *feudum*, ut adeo res ipsa somnio
huic non respondere uideatur; ut
taceam, demonstrandas esse eius
7 generis notas iurisconsultorum,
quod omnium plenissime perfecit
Sertorius VRSATVS in commentario
de notis Romanorum, Patauii edito
1672. & non ex ingenio effingendas,
8 quae neniae Bodini.

Agitur de NOTIS *Romanorum, quarum caussae recensentur.*

(x) Fefellit interpretes scriptura *Fendi etymon foedi.*

pellatione commutatio (y): uel denique ab *emphyteusi* Graecorum, contractu feudis admodum uicino

Num a FOEDUS.

foedi, ut uerbum *foederi* crederent uicinum. Inquit *CVIACIVS lib. 1. feud. prooem. p. 654. opp.* FEVDVM *dixere* FOEDVM. *Uti Wilhelmus imperator in quadam constitutione. Vocem sane* FEVDI *ISIDORVS a* FOEDERE *deduxit. Obertus a fidelitate aut fide.*

Lapsus Cuiacii.

Miror, iureconsultos tantopere ieiunos esse in re litteraria, qui hunc lapsum nescirent animaduertere. Nam Isidorus ille Hispalensis, qui tam operosus fuit in uocum euoluendis originibus, de feudi uerbo ne litteram quidem habet. Neque fieri potuit, ut scriptor seculi septimi FEODVM in nomenclatore exhiberet latino, cum eius uerbi in hoc sermone memoria ante decimum seculum haudquaquam occurrat, quod uidimus supra p. 22. n. 5. *Petrus* tamen *HEIGIVS* cupide hanc originationem arripuit *Part. 1. Quaest. 2. n. 70. p. 45. Hoc mihi indicio est, a foedere nomen feudi deductum, mihique non inconcinnum uidetur.*

Allegationes doctorum quam fallant.

Quod uero *Uldaricus ZASIVS* huic etymo suffragetur, quod *VVLTEIVS lib. 1. c. 2. n. 3. p. 16. & SCHRADERVS Part. 2. c. 1. n. 3.* uolunt, id falsum est, cum is *part. 1. n. 2. p. 4. feudum a fide ducat. Ita tamen ut etiam a* FOEDERE ALLUSIONE *uocabuli*; quae multum abest ab etymologia p. 27 n. 6. 7. *dici possit, cum ex certis foederibus in forma fidelitatis ultro & citro conscriptis, constare possit.* Obstupesco, si doctorum cogito in hoc genere desidiam audaciamque. Nam illi

1 primo aliis laudatos & ipsi nominant, fide aliena: deinde nomina
eorum, quos exscripsere, omittunt,
ut sua furta obtegant: tum non
distinguunt doctores, qui recensent
2 tantummodo opiniones aliorum ab
illis, qui eisdem subscribunt. Quo
fit, ut absurdissimae quandoque sententiae patronorum producantur
3 cohortes, qui tamen eius sunt tantummodo narratores. Vellem, in
republica litteraria poenae in illum
decernerentur, qui doctorem pro
se adlegaret, quem non inspexerit
aut, qui adseruerit contrarium.
4 Eadem enim causa est, quare aduocati in multae poenam hodieque
incurrunt, si, contra acta scribendo,
iudicem uelint decipere. Sed proh!
quoties hoc tum crimine postulando
5 esset Carpzonius, aut potius eius,
quorum opera in libris exarandis
usus est, amanuenses. Repete pro
conuellendo hoc etymo illa, quae
diximus *in lit. r. p. 25.*

Num feudi etymon a fundo?

6 (y) Non mihi occurrit huius
sententiae patronus. Refert tamen
eandem *Thom. CRAGIVS lib. 1. Dieg.
5. p. 41.* his uerbis: *Sunt, qui &*
FEVDVM a FVNDO *deducunt, quasi*
7 *fundum beneficii loco concessum, qui
nihil aliud est proprie nisi feudum.
Nam liquidae literae saepe in dialectis
eliduntur, sic quae latine insulae,
isolae Italice & germanice* (quod
8 falsum nouimus eiues) *dicuntur &
ita substractio litterae frequens est.*
Somnia! Quid opus fuisset littera-
rum

no (z). Merae nugae; quod pleniſſime explicabit commentarius.

Etyma longius iuſto petita. §. 6. Mitius uero cum illis agendum hic eſſe, arbitror, qui opiniones fouent a uero non prorſus alienas, ſed tamen petitas paulo longius (a). Ad hanc claſſem refero illos, qui feudi etymon habent barbara

---

rum & generis tanta metamorphoſi. Non enim eliſas fuiſſe easdem, cum nullibi FVDVM offendas; ſed commutatas prorſus, credere nos oporteret. Confer illa, quae diximus paulo ſuperius *lit. r. p. 21.*

Feudi etymon num ab emphyteuſi? (z) Huius ſententiae auctorem non habeo praeter *Claudium SALMASIVM*, quam is prodidit in *diſquiſitione de mutuo p. 338.* his uerbis: *Conſtat, ad emphyteuſeos exemplar formata fuiſſe & ab emphyteuſi originem ſumpſiſſe omnia illa contractuum genera, quae barbarico ſeculo imperii partim in eccleſiā introducta ſunt, partim in uitam ciuilem,* PRECARIARVM; LIBELLARIARVM; CENSVVM; REDITVVM. *Etiam* FEVDA *ipſa inde traxerunt nomen fortaſſean cum re ſuum. Nam emphyteuſis ab emphyton & ſimplex phyton. Vnde feudum barbari fecerunt. Verum de his alibi.* Eſt in muſeo meo eius libelli exemplar, notulis auctum, quas manu ſua in margine exarauit TABOR ictus, eius cauſae, *num in mutuo transferatur dominium*, non infimus ſocius. Ceterum pretium operae uix eſt, ut erroris huius indicia aperiamus. Summatim emphyteuſeos iura Iuſtinianeo debemus, inuentoribus feudorum, Germanis, incognita. Deinde, ſi feudi uerbum Latini iuris fuit, quid opus fuerat interpretatione uti, uocando illud, beneficium. Poſt a phytón *ſytum* dixiſſemus. Aſt quanto opere *ſytum* ad *feodo* diſtat!

Diſcrimen inter etyma falſa & petita longius. (a) Quod Neoptolemi quondam dictum fuit, philoſophandū, ſed paucis; eandem & ego mihi legem pono in etymorum ſolicita indagatione: ne inter nimium & parū delinquam. Liberaui equidem taedio ſuo mollem lectorem, cui illa ſatis eſſe poſſunt, quae habentur in contextu: uerum opus eſt quoque, ut ſuſpicionem effugiam grammatici. Quod nomen quantos iureconſultos ſuſpectos reddiderit barbaris interpretibus; id quidem intelligere licet ex teſtimoniis, ſupra *p. 2. litt. b.* allegatis. Vitio tamen nemo uertet, ſi, quantum fieri poteſt, in uiam duxero reliqui etiam generis etymologias. Illae enim non obuertunt ſtudia ſua ueriori ortui: ſed tamen ambitus habent, nimium a re ipſa remotos. Ceterum ſi iuſto prolixior ſim, non me, ſed illorum ingenia accuſetis, qui tot fabulas in lucem protruſerunt.

(b) re-

bara uocabula; utpote *fodrum* (b), & *futter*, quod utrumque idem uernaculae, quam alere uel pascere: uel id compositum esse putant ex *fe* & *od*, seu *oede* uel etiam *hode* (c): uel huc minus recte longius alie-

Etymon feudi a FODRVM,

(b) FODRVM re ipsa annonam aut commeatum, itineris uel militiae causa exsolutum, descripsisse, nihil habet dubitationis. Contulerunt hoc tributi genus imperatoribus nostris Itali, quoties illi alpes traiecerunt. Quod causam dedit, quare tempore Friderici primi hoc uerbum apud LIGVRINVM & HISTORICOS frequenter occurrat. Iste enim Caesar Italos, ut FODRVM ferrent, legitur coegisse. Sueci hodieque FODRING dicunt, ut Germani *futer* & *mal*, teste *VERELIO in not. ad c. xix. Gotrici p. 92.* Die Unterthanen musten ihrem herrn, Wenn er zu ihnen kam, in mahl und futer frey halten. Quid uero hoc ad etymon feudi? Reponunt, FODRVM uel a germanico FORDERN expetere, duci; uel a uerbo FVTTER, quod nobis alimentum. Illa ratione huc minime pertinet: hac uero ad FEODI uerbum potest ceu couiugatum referri. Uti a *rad, raedern*; sic a *feod, feodern, fodern; futern* deriuamus. *Futer* enim, nostris *pabulum*, istis uocabulis ortum debere, quis ibit inficias. Atque hoc modo tantum abest, ut *feodum* a *fodro* sit oriundum, ut hoc potius natales illi acceptos existimem referre. Ita concilianda esse, credidi, quae uir illustris habet *Vldaricus ab EYBEN in electis feud. cap. 1. §. 9. p. 12.*

Etymon feudi num a fe & od?

1 (c) Qui ita sentiunt, illi in eo
tantum a nobis sunt diuersi, quod
feodi nomen nobis *simplex* sit, illis
compositum. *SCHILTERVS*, qui
plurimum operae posuit in patrii
2 iuris uerborum genuinis etymologiis,
ad *rubricam iur. Aleman. §. 7.*
p. 7. ita differit: *Istud constat uocabulum* FEODI *esse Teutonicum compositum ex* FEE & OD, *primaeua sua*
3 *significatione praedium aut rem*
etiam mobilem, stipendiariam notans.
OD *enim bonorum significationem*
etiam in ALLOD & KLEINOD *refert.*
FEE *autem stipendium notat aut*
mercedem. Eadem opinio *Hug.*
4 *GROTII* fuit in *proleg. hist. Goth. p.*
22. OD *possessio est priscis Saxonibus,*
unde FEOD, *fiduciaria fructuum possessio.* Ut uero uterque auctor *od*
ultimam feudi syllabam facit: sic
5 *SPELMANNO p. 216.* eius loco est
hod, quod statum aut ordinem reddit.
Proprie, inquit, *salarium stipendium, per translationem praedium,*
quo stipendii loco gaudet uasallus,
6 *adpellatum.* FEO enim, *hodie* FEE,
merces, stipendium. Atque inde
euphoniae gratia H *in* D *mutato, feodum.* *NB. Ni placeat* HAD *uel* HOD
adducere, quod significat statum. *Ut*
7 FEOH-HOD *denotet id, quod statu uel*
ordine stipendiario possidetur. Equidem neutri opinioni obuersor: quo
minus tamen uel prima uel altera
mihi

aliena referunt, ut Romanorum *fio* (d); *Vogt*, nostris prae-

mihi probabilis sit, causas omnino 1
uideor habere. Nam superius *p. 21. litt. g. n. 2.* dixi, Pomeraniae incolas FEOD uerbo hodieque denotare cuiusuis generis alimenta, *einen unterhalt*; quod etiam olim quibusuis 2
germaniae populis in usu fuit, quod ostendimus ibidem. Ut adeo opus non sit ulla plurium uerborum compositione. Inprimis cum quo uetustior & magis *barbara* eo etiam 3
lingua *simplicior* sit & minus composita. Deinde si *od* peculiaris uox fuit, difficulter factum esset, ut in *ud* illa degenerauisset. Contra facilius longe fieri potuit; ut H, 4
quod elementum uix litterae nomen meretur, idque in fine positum, cum D. commutaretur. *Feoh, feodum*; non *feohum* scribendo: uti ex *gahen*, olim *gahen gadum* formauit barbara 5
aetas. Quae uox est medii aeui. Praeterea qui FIVVM feuda quondam dicta esse, credas? si *od* pars eius uerbi potissima. Ad extremum, *od* Schiltero fundus est (dicimus *einoede* hodieque) aut alia res corpo- 6
ralis: sed FEODA aeque in iuribus constitere idque tempore antiquissimo. Exscribit ille ipse testimonium ex *SKENAEO ad Malcolmi II.* 7
regis Scotiae constitut. ad ann. 1004. quod ita se habet: *Ordinauit rex cancellario regni* FEODVM MAGNI SIGILLI (in hisoris dicimus den Siegel groschen) *uidelicet pro qualibet charta centum & ultra; pro feodo* 8
sigilli decem libras & clerico pro scriptura duas marcas. Inde, quod ad-

Confutatur illud.

dit, *de feodo iustitiarii, cetera.* Ubi uero huic feudorum generi, dem *Sigelgeld*; den *Sporteln*; *Cantzley gebühren*; *copialen* congruit ODE significatus? Nihil in illis habes, praeter stipendium: sed omne hoc FEOH unico uerbo exhauritur. Ceterum OT, OD quondam diuitias & opes denotauisse ex rhythmis Ottoninis certus sum, ubi *odius*; *otius otigmann* idem ac diues.

(d) Non mereretur locum haec sententia, nisi eam uetustas pluribus probabilem fecisset. FIDEM a FIO *TVLLIVM* petere ex mente Stoicorum, indicauimus *supra p. 26. litt. s. n. 7.* Essent ergo in hac classe illi omnes, quos *feudum a fide* audiuimus p. 26. litt. r n. 2. deduxisse. Delirium hoc *IASON super usib. feud.* quem emphyteuseos occasione codici inseruit *n. 27. p. 197.* Henrico de *SEGVSIO* cardinali & archiepiscopo *Hostiensi* tribuit: *Verum est*, inquit, *quod Hostiensis in summa sua §. 2. prout etiam refert Dn. Anton de PRATO VETERI in Rubrica 1. tenet, denominari feudum, quia ob* FIERI *datur & sic feudum a* FIERI. *Ad plura enim facienda tenetur uasallus.* Uterque autem falsus est iniuriamque facit *HOSTIENSI*: quippe qui in *summa lib. 3. tit de feud n. 2. p. m. 766.* claris uerbis Oberto subscribit, feudum a FIDE dictum esse; fidei uero ortus is nullibi docet. Miror doctores, tam impudentes tamque mendaces. Ceterum explodi haec magis, quam confutari merentur,

Feudum num a FIO.

praefectum (e); *uieh*, pecora, pristinas Germanorum E diui-

tur. utrumque confecimus litt. r. n. 8. p. 25. 27. Quamuis somnia re quis posset. *Fio* antiquo sermone idem fuisse, quam *νάω pasco; gigno*. Qui significatus non inconcinni sunt *fee* & *feoh* uocabulis, paulo superius p. 21. n. 8. descriptis.

Feudi etymon a VOGT. (e) Pudet infinitatis ineptiarum, ad quas doctores dilabuntur. Est uero magnus huius opinionis patronus, iureconsultus summus & maximae olim in foris Germaniae auctoritatis, *Nicol. VIGELIVS cap. 2. feud. §. 2. p. m. 49.* Ubi ita disserit. *Libet*, de etymologia feudi agit, *aliam adferre opinionem non improbabilem & ad origines feudorum satis aptam. Constat, officia publica & praefecturas in iure militias adpellari. Constat item, eiusmodi praefecturas germanis uocari* VOGTEY, *quemadmodum & praefectum* VOET, VOGT, *haud dubie tracta voce a graeco βοηθέω, quod est adiuuo, succurro: unde βοήθεια auxilium*, praesidium, praefectura *seu militia: βοηθὸς adiutor, cuius saepe fit mentio Nouell. 8. graeca. Sunt enim istiusmodi militiae seu praefecturae tam armatae, quam togatae, adiumenta & auxilia laborantis & administrantis domini, in quibus constituti praefecti ad uocem domini succurrunt eiusque mandatum in administrationibus exequuntur. Quod igitur Graecis βοήθεια Germanis* VOETHEY, *quemadmodum populari lingua adpellatur. Nam scribae ε & η suo more solent mutare. Postquam ergo imperium*

1 *a Graecis ad Germanos fuit translatum, quod factum aiunt anno chr. DCCCI. & ita in Germanorum imperatorum potestatem militiae seu praefecturae imperii peruenerunt, ab iis*
2 *distributae & recognitae fuerunt: maluerunt Germani haud dubie eiusmodi militias sua lingua uel potius graeca* VOETHEY *adpellare, quam militiae uocabulo uti. Sed deprauate*
3 *pro* VOETHEY *feudum adpellantes & pro* VOET *feudatarium seu uasallum, quod uocabulum nonnulli deducunt a* VASTEN seu VESTEN: *qui titulus hodie tribuitur nobilibus, feuda possiden-*
4 *tibus*. Miror, uirum prudentem tantis deliriis posse gaudere. VOGTIAE uocabuli tantum non omnes litterae abhorrent a uerbo FEVDVM: abhorret etiam ab eodem genus. *quod confutatur.*
5 VOGTIAM enim dicimus; in nullo autem scriptore feudam in foemino inuenimus. Quod de imperio, a Graecis in Germanos translato disserit, ad tempora Caroli M. perti-
6 net: sed ante illa BENEFICIORVM siue feudorum rationes habuisse Germanos, diximus superius & plenius ostendemus suo loco. Ceterum qui VOGTIAE uerbum a FEE duxerit, ut *Vogt quondum* FAVTH.
7 VOGT idem esset, qui promuscondus apud Latinos, cum illo nos manus non conferemus. Vetustissimo enim tempore FAVTH dictum fuisse qui iamnunc VOGT audit, cum ex uulgi
8 sermone in quibusdam prouinciis hodieque usitato patet, tum etiam ex diplomate Ottonis primi, quod exhibet *MAGERVS* de aduocatia *cap.*

diuitias (f); *feld*, quod nobis fundum aut agrum deſcribit; unde quoque repetunt Gallorum *feaux* (g) & qui luſus ſunt uerborum generis eiusdem. In iureconſultis hoc non admodum miror. Cum his neniis ſcateant quoque pandectae, ueterum prudentum commentaria. Illi enim Stoicos ſunt imitati, quorum ſcholae ſibi placent in originibus quoque fabuloſis (h).

Damnum uerioris doctrinae ex his fabellis.

§. VII. Verum enimuero quemadmodum fictitii uerborum ortus tam officiunt ueritati, quam umbrae mendaces ſolario (i): ita plurimum lucis in re ipſa

---

cap. 2. n. 243. p. 63. Quare opus non eſt, ut uerbum uel ab ebreo uel graeco uel latinorum *aduocatia* repetamus. Lumen adferent illa doctiſſ. *EYBENIO cap. 1. §. 10.*

Feud. etymon a VIEH.

(f) Supra p. 21. n. 1. 2. huius opinionis iam laudauimus patronos. Hoc autem illi utuntur filo conſecutionis. *Fee*, FEEH, VEE Belgis, noſtris autem *Vieh*, & pecudes denotat & alimenta. Cauſam uis? Lac, caro, caſeus dapes ueterum & opes. Nam & Latini *peculia* & *pecuniam* mutuati ſunt a *pecudibus*. Sed iterum hic repete, quod ſaepius dixi, *nimium haec longius* petita.

a feld feaux.

(g) *CVIACIVS lib. 1. feud. prooem. p. 64.* inquit: *Feudales dicuntur, quod eſt Francorum lingua* FEAVX *& feudum ius ſiue res, cuius acceptione fidei dominis adhibendae uinculo conſtringuntur.* Quemadmodum uero *haut, altus; heraud, heraldus:* ita non minus *feaud* & *feld* ſibi uerba uicina eſſe poſſunt neque multum abſunta uocabulis *fee* & *feoh*, quae explicauimus ſuperius p. 20. litt. g. n. 4. ſq.

Stoicismi iuris.

(h) *AVGVSTINVS in dialectica h. l.* teſtatur; Tullium Stoicorum exploſiſſe fabulas circa origines uerborum. Sed hunc ipſum Stoicos ſaepius quoque imitatum fuiſſe exemplo docuimus ſuperius §. 5. litt. s p. 27. Utinam omnes ſtoicismi adnotati eſſent in codicibus iuris ciuilis, quod multum lumen adferre poſſet interpretibus. *Adamus BVRSIVS* hoc fine *dialecticam Stoicorum* ſcripſit in media forma, 4t. *Samogetiae* editam. Qui uero liber rariſſimus eſt; mihi nullibi niſus, quam apud Gronovium; a quo commodato acceperam eundem profeſſor philoſophus, ad *polyhiſtoris logici* adparatum, quem an. chr. CIↃ DC XCVII. ſcribere inſtitueram.

Damna ueritati ab etymo peruerſo.

(i) De interpretibus querimur ſacri codicis, quod plerique ſenſus magis adferant ad eum, quam ex eodem illos eru-

ipsa accedit doctori, qui fontes uerborum restituit, figmentis aliorum opertos. Unico id exemplo docebimus. Qui *feudum* a *fide* ducit is hominem minus cautum facile circumuenit: qui domino *fide* obstrictus sit, eundem obstrictum etiam esse nexu *feudali* (k). Contra, qui ueriores ortus nouit, supra ostensos, is ab ista doctrina ualde abhorrebit; legibus adligari alimentariis rei, sibi propriae, possessorem.

eruant. Idem dicendum est de uerborum etymologiis, quae pro instituti & ingenii rationibus, finguntur magis a doctoribus, quam ut rite ex suis fontibus deducantur. Verum ita opinionibus praeceptis animi eorum occupantur, ut non solum ueriora non uideant: sed etiam per errores labantur, quos nequeunt, nisi omnem suae doctrinae compagem dissoluant, deponere. Graue est, discere, quae nescias: sed grauius longe, dediscere illa, quae tibi aliisque, te auctore, fuere persuasissima.

Fideles num beneficiarius?

(k) Res ipsa loquitur; qui feudum a *fide* ducit, is eum, qui feudali nexu adstrictus est, dicet FIDELEM: alter, qui *feudum feod* seu *stipendium* interpretatur, is adpellabit eundem BENEFICIARIVM. Inter utrumque tamen nemo non uidet plurimum interesse. Subditorum homagia stylo quondam imperii non minus dicta sunt *fidelitatis* iuramenta, quam ipsorum clientum & uasallorum, quod testatissimum est ipsi quoque *HOTOMANNO p. 644.*

1 *glossarii.* Nam in *legibus GOTHICIS cap. 5. tit. 19. p. 117.* omnes subditi admonentur, ne differant, praestare principi electo *iuramentum fidelitatis*, id est, quod hodie dicimus,
2 subiectionis. Deinde *fideles feudales* saepius occurrunt; ut a subditis, id est, non feudalibus discernantur. Tum multae formulae his uerbis conceptae sunt: *uasallis & omnibus*
3 *fidelibus nostris*, nulla mentione facta subditorum, qui haud dubie *fidelium* uerbo describuntur. Hoc glaucomate tempora subditis imposuere, omnem *fidelem* teneri legibus ac
4 institutis *feudorum*. Fidelem autem esse omnem illum, qui principi fidem dederit obsequii. Fraudulentae argutiae. Omnis uasallus *fidelis* est: sed non omnis quondam
5 *fidelis* illico *uasallus*. Ingens inter subditum & beneficiarium discrimen. *Ille* fundi proprietatem habet; *hic* parum magis opima iura, quam usufructuarius. *Ille* fidem
6 domino ex pacto debet; *hic* ex beneficio. *Ille* non principis causa: sed eius causa *hic*. *Ille* plerumque in

coin-

BENEFICII uox, qui desuetudine sublata in feudorum institutis?

§. VIII. Et, nisi prorsus fallor, hac demum ratione factum esse, existimo, ut BENEFICII uerbum ex eius argumenti institutionibus sensim expungeretur, FEODI uocabulo in locum eius substituto. Quod hoc demum significatus erat parum obscuri (l): illud uero clarissimum, quod clientes officii omnium manifestis-

coimperio est prouinciae: *hic* in domini ac principis mero seruitio & quae sunt discrimina generis eiusdem. Quae cum minus aduerteret artium & prudentiae ignara aetas; fieri aliter non potuit, quam ut subditi omnes, quondam possessores allodiorum mysteriis clientelaribus irretirentur. Inprimis, quod non stipendiariorum aut beneficiariorum nomine illi principio salutarentur, sed *fidelium*, qua uerbi lenitate rei tristitiam callidi rerũ administri mitigarunt. Plurimum uero confert huius rei cognitio tum ad formulas feudales medii aeui explicandas: tum ad intelligenda discrimina feudorum. Differunt enim haec pro temporum & populi diuersitate quod alii citius, alii serius; alii parum, alii nimium ab pristina allodiorum indole aut sponte abiisse aut ui & artibus deiecti esse, reperiantur. Quid? quod ipsum ius feudale hodiernum nullo ordine cohaereat: quia iusto indulgentius esse uidetur uasallis beneficiariis; aequo autem grauius reliquo coetui fidelium subditorum. Finiat hunc sermonem epiphonema: OBLATA FEVDA PRINCIPIO NON AVDIVERE BENEFICIA.

FEODI uerbum qui ipsis Germanis tantopere obscurum?

1 (l) FEODI uerbum principio statim ciuitatis germanicae fuisse, probauimus p. 17. & 20. Qui ergo ignotum id esse ciuibus potuit Germanis? Repono, facilius longe signi-
2 ficatus in lingua deflectere, quae
nullis neque regulis concluditur neque exemplis scriptorum: quam in
illa, quae utroque hoc remedio retinetur. In mentem nunc uenit
3 ille uersus *WILLERAMI*, *abbatis* p.
6. quo illud cantici: *Trahe me post te. Curremus in odore* VNGVENTORVM *tuorum*, in uernacula reddit: *zich mich nah thir, so louphen wir in theme*
4 STANKE *thienere salbon*. Hodie in
sermone uulgari *in dem gestancke deiner salbung*. Quis non intelligit exinde *stincken* quondam uerbum medium fuisse, quod hodie in mala
5 tantum parte adibetur, pro *foetore*.
Idem in *cap. I. Cantici Salom.* sententiam; *quam meliora sunt ubera tua uino; fragrantia unguentis optimis*, germanico sermone interpretatur:
6 *Wanda bezzere sint thine spune themo wine*, *sie* STINCKEN *mit then bezzesten salbon*.
Idem ante euenit in mille uerbis aliis; quam uernacula nostra ad formulas alligaretur, grammaticorum. Ut mirum non sit, eosdem quoque casus *feodi* uocabulum

feſtiſſime admonebat. Etenim beneficii nomine philoſophi utuntur pro genere liberalitatis (m). Leges uero, poſt alias ſignificationes, minus huc pertinentes (n) ſtipendia hoc nomine adpellant, adſignata rerum adminiſtris. Siue illi in bello fuerint (o) ſiue in pace idque uel in aulis uel in foris (p) uel

Illa explicatur plenius.

bulum quibusdam germaniae prouinciis habuiſſe.

BENEFICII *uerbum pro uirtute.*

(m) Senecam interpretem in uerbo beneficium audiuimus ſuperius p. 24. n. 6.

Pro priuilegio.

(n) Beneficiorum nomine PRIVILEGIA quoque adpellarunt Romani, quod pluribus ſcriptoribus eſt teſtatiſſimum. *IAVOLENVS l. 3. ff. de conſtitut. princip.* BENEFICIVM *imperatoris pleniſſime interpretari debemus.* Clariſſime omnium *VLPIANVS l. 1. ff. de cenſibus §. 1. Sed & Berytenſis colonia Auguſti* BENEFICIIS *gratioſa & Auguſtana colonia, quae ius Italicum habet.* Nec minus ſolenne eſt beneficium regis dici pro regio DONO. *Aelius LAMPRIDIVS* in *Alexandro Seuero* cap 46. p. 998. *Dabat haec in* BENEFICIIS, *quae formam eius non laederent.* Vel etiam id accipi pro decreto, uni parti fauorabili. Sic A. A. A. in codice *THEODOS. lib. 2. tit. 4. leg. 5. Ne iuris ſuffragium* BENEFICIORVM *imperialium decreta ſuſpendant.* Verum & hoc genus ſignificatuum non quidem aduerſum eſt feudorum inſtitutis: iuſto tamen magis ab illis remotum. Ceterum, me auctore, inconcinnum eſt; leges, quae de

Pro DONO.

Pro DECRETO *fauorabili.*

An cuiuscunque generis

1 beneficiis hoc in ſenſu agunt, adplicare uelle ad beneficia clientelarium fundorum. Quare tritiſſimum illud: feuda eſſe latiſſimi iuris; quia talia eſſe, dicantur principis
2 beneficia, mihi quidem a iuſto uidetur alieniſſimum.

beneficia iuris extenſiui?

(o) *Iul. CAESAR* cultiſſimi ſermonis auctor *lib. 1. de bello ciuili cap. 9. p. 258.* inquit: *Sibi ſemper reipublicae primam fuiſſe dignitatem uita-*
3 *que potiorem. Doluiſſe ſe, quod populi Romani* BENEFICIVM (munus illud praefecti ſupremi prouinciae) *ſibi per contumeliam ab inimicis extorqueri.* Qui locus mihi uide-
4 tur ſufficere, ad probandum hoc genus ſignificatus. Conferantur, quae habet *SVETONIVS in Caeſ. c. 29. & in Claud. cap. 23.* Eodem ſenſu *IVSTINVS* lib. 13. & 24. & alibi.

Beneficium ſpeciatim pro munere militari.

5 (p) Alius fuit ſub conſulibus liber beneficiorum, in quem proconſules ſimul ac Romam redierant tribunos, centuriones, contubernales ſuos referebant *BVLENGER de imp.*
6 *Rom. lib. 9. cap. 95. p. 753.* quem librum, notulis locupletatum poſſideo, quas manu ſua adſcripſit *D. Gothofredus.* Sic *CICERO pro Archia: ad aerarium in beneficiis* referre dixit.

Vel AVLICO *uel* FORENSI.

etiam in templis (q), quo ultimo sensu uox haec adeo peruulgata est, ut BENEFICIUM absolute dicendo, uulgi sermone denotemus sacrorum antistitum salaria (r). Praeterea cum rerum administris stipendia uel in nummis exhiberentur vel, instituto ueterum, loco

Vel ECCLESIASTICO.

(q) Notissimum est, quod Romani idolis horumque antistitibus fundos destinauerint non solum ad uictum & cultum; sed etiam ad reliquum festiuorum dierum paratum.

Pagani bona idolis dicata num dixerint BENEFICIA?

Hos uero itidem BENEFICIA eosdem dixisse, quod largitione principis, aut liberalitate populi templis ac aris obuenissent, uix audeo scribere. Religioni forsitan sibi duxere pagani, BENEFICII commemoratione diis suis consecrata praemia tacite exprobrare. Indignum etiam habuere: sacerdotem principis aut reipublicae audire BENEFICIARIVM, id est, ut uideri poterat, uentris mancipium.

Campi Martis & praedia Iouis dicata Christo.

Est tamen id extra dubitationem: ex eo tempore, quo Romana respublica Christo nomen dederat, agros, impiis numinibus ereptos, partim militibus obuenisse; partim fisco; partim etiam opibus accessisse clericorum, quod ex instituto annotauit *GOTHOFREDVS* in paratitlo, quod habetur *lib. 16. Cod. Theod. tit. 10. p. 256.*

Et tum beneficia adpellata sunt non sine exprobatione simoniae.

Atque sub his demum possessoribus agros, templis ac aris dicatos, BENEFICIORVM nomine adpellatos esse, ipsis legibus Romanis est testatissimũ. Consule, si uidetur, *l. 4. 5. 6. C. Theod. de collatione donatarum possessionum*, quod argumentum habetur *lib. XI. tit. 20.* Mihi certe ualde inconcin-
1 num esse uidetur, *Deum beneficio* adfici a miseris mortalibus. Quasi uero uel aeternum numen sordibus nostris indigeat uel eius non omnia essent, quibus utimur, Lucretiano
2 uerbo, homulli. Verum haud dubie sacerdotes christiani Deum & Christum sacri patrimonii cupidum dixere, ut auaritiae & rapacibus manibus eorum fieret satis. Ce-
3 terum hoc inde clarissimum est, *ecclesiae patrimonium* BENEFICIVM adpellari, non barbari aeui stylo, sed Romani.

Beneficium, uox aequiuoca.

(r) Beneficii uox ut Romanis:
4 sic etiam medii aeui Ictis aequiuoca fuit. Nam uniuersim stipendia descripsit administrorum, siue illi in bello essent siue in pace siue in curia siue in ecclesia. Inde adiectiuo
5 opus esse uidebatur: quo diuersi significatus inuicem discernerentur. Plerumque igitur cum alio uestitum in libellis medii aeui occurrit. Beneficium CASTRENSE; AV-
6 LICVM; FORENSE; ECCLESIASTICVM passim reperitur: imo nomina munerum quandoque expressa sunt sigillatim, utpote BENEFICIVM COMITATVS; PRESBYTERIATVS, cetera: non-
7 nunquam domini etiam ratio habetur, ut beneficium DOMINICALE; DOMINICVM. Haec loca ante me conduxere glossatores, ut meis diploma-

loco eorum illis adsignarentur praedia; factum est, ut haec etiam beneficiorum nomine illis uenirent (s): ut adeo is significatus non barbari aeui foetus sit;

plomatibus opus non sit. Cursim moneo, cum feuda uel domini mentione uel clientis discernantur: ambigua facta est locutio beneficiorum EPISCOPI. Potest enim ea, quod scholae dicunt, uel *actiue* intelligi uel *passiue*. Ut autem uerbum absolute positum accipitur pro sensu, quem habet, primario: ita etiam BENEFICIA, adiectiuo non definita, ecclesiastica esse existimantur. Exemplo uocum PRAEBENDA & PRAEPOSITURA: quae cum olim militares fuerit, hodie uix alio significatu notae sunt, quam ecclesiastico. Rapuit hoc in errorem plurimos doctores, qui BENEFICII uerbum ab ecclesia in curiam demum feudalem translatum esse existimarunt. Quorum sententiam recte confutat his uerbis *Petrus de MARCA lib. 3. Marcae Hispan. cap. 8. p. 256. Ea praemia* reipublicae aut principis *beneficia dicta sunt in libris feudorum. Non ex eo, quod ad exemplum beneficiorum ecclesiasticorum instituta sint, ut uulgus putat, sed quia liberalitate principis conferebantur. Largitiones enim principum beneficia adeo proprie dicuntur, ut etiam Graeci uocem illam retinuerint. Hinc factum, ut quae in nouella Iustiniani dicuntur* DIARIA *seu* STIPENDIA *clericorum: Iulianus antecessor eleganter uerterit* BENEFICIA.

Absolute posita denotat ecclesiastica actiue.

(s) Si tacuissent hoc nomen leges

1 & historici; omnium tamen clarissime id nostris aperiunt rei agrariae auctores. *ARCADIUS* p. 260. agrorum signa exponit, quos aliis contulerit in *beneficium. Qui* BENE-
2 FICIVM *nostrum legerit hoc, obseruet, ut haec signa uel termini, ccc inter se pedes habeant.* Eodem significatu *HYGINUS de limitib. constit.* p. 193. *Si qua* BENEFICIO *concessa aut ad-*
3 *signata coloniae fuerint, siue in proximo, siue inter alias ciuitates, in* LIBRO BENEFICIORVM *adscribemus.* Ubi iterum non aliud intelligi potest largitionis genus, quam fundo-
4 rum. Ad hanc ergo rationem illum *Aelii LAMPRIDII* locum emendo *in uita Alexandri Seueri capl 46. p. 998.* ubi inquit: *Dabat autem haec in beneficiis, quae famam eius non*
5 *laederent:* utpote *bona punitorum* (agros scilicet, uti hodie res infeudari solitas, morte aut delicto possessore destitutas, princeps non sibi retinet, sed confert iterum aliis).
6 *Sed nunquam cum auro, argento uel gemmis, nam id omne in aerarium reponebat.* (Ut in reipublicae commoda uerteretur). *Dabat praepofituras locorum ciuilium* in bene-
7 ficiis: *non militarium;* ne militibus destitueretur respublica. Hoc mihi uoluisse uidetur Lampridius, saluo Casauboni & Salmasii auctoritate, quorum iudicia hic discrepant.

nomen pro fundo ipso Romanis.

BENEFICII (t)

sit: per quam opinionem lapsi sunt quamplurimi doctores (t).

Latinum BENEFICIARII *significatus nihil differt a nomine* VASALLI.

§. IX. Elucet hoc eo magis, si nobis probe intellectum sit BENEFICIARII nomen; quo Romani hominem significarunt, qui operas suas alteri perpetuo locauerat stipendii causa, siue hoc in aere siue in praedio illi erogaretur (u). Atque in altero illud notatu dignis-

Lapsus doctorum.

(t) Quotquot eorum sunt, sunt autem paene omnes, qui beneficii uerbum adpellatione Latinum habent, significatu barbarum.

BENEFICIARIVS *domini idem, qui nobis feodarius aut uasallus.*

(u) Illustrissimus locus est *Iul. CAESARIS lib. 1. de bello Gallico cap. 75. p. 280. Petreius uero non deserit se. Armat familiam. Cum hac & praetoria cohorte cetratorum barbarisque equitibus paucis,* BENEFICIARIIS *suis, quos suae custodiae causa habere consueuerat, improuiso ad uallum aduolat.* Satis est haec sententia ad confutandum illos, qui beneficiarios confundunt cum emeritis aut ueteranis. Nam militaribus officiis illos fuisse defunctos, ex innumeris patet scriptorum testimoniis. *PLINIVS lib. 10. epistola 32.* (al. 22.) *cui ego notum feci, praecepisse, ut ex cohortibus contentus esset* BENEFICIARIIS *decem, equitibus duobus, centurione uno.* Idem *epist. 36.* (al. 26.) *Maximus libertus & procurator tuus domine* (Traiane) *praeter decem* BENEFICIARIOS, *quos adsignari a me Gemellino iussisti, sibi quoque confirmat necessarios esse milites.* Quid uero in tantis clarissimorum interpretum dissidiis? Scilicet ea de re mihi ita uidetur, le-
1 ctis & exquisitis opinionibus aliorum. Romani, praeter seruos, homines liberos, siue barbari illi essent, siue ortu suo Latini, conduxere, qui nexu perpetuo illis essent addicti
2 ad subeunda uel militaria officia uel generis alius. Hos autem beneficiarios illis audiuisse, existimo: quod beneficio eorum uiuerent, quicquid scribant *VEGETIVS lib. 2.*
3 *c. 7.* & *FESTVS* in h. u. sibi in uicem aduersi: a seruorum tamen conditione illi plurimum abessent. Nam hi prorsus deuincti erant dominis suis: illi uero nonnisi propter beneficia,
4 id est stipendia aut fundos. Hoc famulitio instructos fuisse, puto omnes supremi ordinis reipublicae romanae administros: ut illorum operis, quoties opus esset, uterentur.
5 Nostris moribus istos conferrem cum cohortalibus uel principum, *den guarde reutern* uel consulum in ciuitatibus *denen einspennigern.* Adposite *GLOSSATORES* latinograeci:
c *Beneficiarii adparitores, satellites & ministros* reddunt. Omnium clarissime St. *AVGVSTINVS serm. 1. in uigil. pentecost.* & *collat. 3.* cap. 13. 15. 18. Atque eadem indoles quondam fuit in Germania *subuasallorum*

dignissimum est, quod luculenta nobis uestigia obuenerint, unde constat, beneficiarios neque apud Romanos proprietatem huius generis praediorum accepis-

F

cepis-

rum, quibus opulentior nobilitas fuit instructa. Hodieque in Marchia, Pomerania uicinisque regionibus exempla reperiuntur eorum, qui militaria feuda nobilibus Landsasiis referunt accepta. Quo sensu mihi ad explicandum facillima omnia loca sunt; quae summis uiris crucem fixerunt. Nam constat hinc ratio, quare non solum CAESARVM BENEFICIARII memorentur in *epistolis Plinianis*: sed etiam PRAETORIS; praefecti urbi; legati consularis, ut obseruat *REINESIVS class. 8. Inscript. 35. p. 524. & class. 11. inscript. 65. p. 631.* Cum utriusque interfuerit; illos in promptu habere. Quod in omni fere officiorum genere operas illi praestabant, ubi seruum adhiberi, uideri poterat, esse indignum. Quorsum facit locus *SPARTIANI in Adriano c. 1. p. 17. quod*, nuntius de excessu Neruae, *Seruiani* BENEFICIARIVM *anteuenit*. Deinde quare milites quandoque audiant, late scilicet accipiendo militis uocabulum, pro fortioris remedii defensore: iterum uero a militibus uere talibus distinguantur. Quod utrumque Caesaris & Plinii testimonia satis illustrant. Praeterea neque ratio nobis obscura esse potest, cur beneficiarii uulgo Romanorum male audiuere; adeo ut iniuriam Christianis fieri *TERTVLLIANVS lib. de persecut. in fuga* questus fuerit, quod

probatur hoc uniuersim.

Cur christiani noluerint

1 illis hi accenserentur. Nam multas causas habuit doctor ad ita sentiendum. Primo beneficiarii *quaestus* causa nullum officii genus potuerunt declinare: deinde facile ad
2 intelligendum est, dominos illis quandoque pessime *abusos* fuisse ad scelera perpetranda: post *lictorum* etiam prouinciam illi quandoque sustinebant, ut patet ex *EVSEBIO*
3 *lib. IX. Hist. Eccles. p. 187.* atque ex monumento passionis sancti Fructuosi, quod laudat *Henricus VALESIVS in adnotat. p. 187.* Quae singula inconcinna fuere piis & tranquillis
4 moribus ueterum christianorum. Qui uero haec munera congrua dicimus Longobardici iuris uasallis? Repono, ex innumeris mihi cognitum esse diplomatibus; medii aeui
5 uasallos in patria non maioris quondam momenti fuisse, quam descriptos beneficiarios Romanorum; id est principum aut optimatum infimi quoque generis officia-
6 les; post autem illud euenit, ut plus sibi iuris illi acquirerent indulgentia quandoque dominorum, saepius etiam ui, quorsum pertinet querela monimenti Fuldensis, superius *p. 12.*
7 *n. 4. 5.* in medium prolati. Hac ratione facile compones discrimina, quae de hoc uerbo excitarunt *SALMASIVS in exercitat. Plinianis & ad locum Spartiani; CASAVBONVS ad Suetonium; GOTHOFREDVS* in codice

uenire nomine beneficiariorum?

sigillatim de Longabardico aeuo probatur.

Discrimina sublata maximorum uirorum.

dice

cepisse (x); sed ius aliquod, usufructu quodammodo ma-

dice Theodos. lib. 8. tit. 4. de cohortalibus tom. 2. p. 485. alii. Quod ciuitate etiam graeca uox haec donata sit *MEVRSIVS & FRESNEVS* docent in nomenclatoribus graecobarbaris, titulis, βενεφίκιον & βενεφικιάλιος. Ceterum, quod cursim noto, frustra est *REINESIVS qui class. 8. inscript. 35.* aliquem *POLYBII* locum ex *lib. 6. histor. cap. 28. p. 662.* huc trahit. Nam τῶν ἐθελοντηδὸν στρατευομένων τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι, *illorum, qui ultro, consulum caussa, militarunt* numerus ad beneficiariorum classem haudquaquam potest referri. Potius VOLONES eosdem dixeris, *uolonteurs*, uerbo militari hodierno. Certe beneficiarii aut uasalli non gratis militant; sed propter constitutam mercedem.

Reinesii coniectura inconcinna.

(x) Liceat prolixiori hic esse, ut breuior sim in feudalium originum inuestigatione, quod argumentum occurret inferius. Equidem eadem de re in FORMULA MARCHIAE *Brandeburgicae* egi *p. 1. n. 9.* Verum in hoc libro instituti ratio uult, ut omnia plenius expediantur. Sufficiat autem nunc *Johan. MEVRSII* sententiam recitasse, quam is prodidit in *Commentario ad Nouellam Constantini Porphyrogennetae* p. 267. his uerbis: *Ex hac nouella constitutione Constantini Porphyrogennetae περὶ στρατιωτικῶν, de praediis militaribus seu* FEVDIS, *Graecos aeque ac Romanos, Germanos & alios hominibus siue comitibus συστρατιώταις siue* VASALLIS *usos, eandemque fere horum hominum*

In fundis militaribus dominium utile penes possessorem etiam apud Romanos.

Memorabilis sententia Ioh. Meursii.

1 *apud illos conditionem fuisse, discere*
licet. Vt namque Lotharii & Fride-
rici constitutionibus feuda nullo mo-
do possunt à militibus alienari, ita nec
praedia militaria, quae nunc dicuntur
2 *feuda, relata in codices militares ex*
hac Constantini constitutione: quae
autem codicibus militaribus absunt,
possunt ab iisdem alienari usque ad
certum modum, puta secundum eius-
3 *dem Constantini distinctionem, si equi-*
tes sint, usque ad quantitatem qua-
tuor librarum tantum, ne scil. omnino
redacti ad inopiam, & militiae red-
dantur inutiles: quae est etiam ratio
4 *Constitutionum Lotharii & Friderici.*
Vt militis possessio aliqua militiae
functione libera & quasi fidei uinculo
soluta, alode siue alodium ab iisdem
dicitur, sic à Constantino κτῆμα ἰδιοπεριόριστον
5 *καὶ τῇ στρατείᾳ ἀκαταδούλωτον, quae scil. possidetur proprio*
iure, non FEVDI, *non* BENEFICII *iure.*
Iustinianus Nou. 21. Cap. 2. huiusmo-
di possessionem uocat γενεσιαρχικὸν
6 *χώριον & γενεαρχικόν: & Edict. 3.*
dicit, γενεαρχικὸν πρᾶγμα, & τὸ καλούμενον γενεαρχικὸν χώριον. Vetus
Nouellarum interpres uertit, proge-
nitoriale praedium. Haloander, in
7 *genearchicum. Qui, quod notare*
non incongruum, corrupte in dicta
Nou. legit, ἐπὶ τοῖς ἤδη δὲ ἀναιρεθεῖσι γενεσιαρχικοῖς χωρίοις: & uer-
tit, in his praediis, quae insulse gene-
8 *archica, hoc est a principe olim generis*
familiae suae adscripta laudant.
Pro, ἐπὶ τοῖς ἤδη διανεμηθεῖσι γενεσιαρχικοῖς χωρίοις, super iam diuisis pro-
geni-

Fundi Romanor. militares inalienabiles fuere:

nisi ex parte propter alimenta.

magis opimum (y), aut, quod hodie dicimus, VTILE DOMINIVM (z). Perinde ut cuncta medii aeui diplomata in eo conueniunt: quando & BENEFICIA

F 2 &

genitorialibus praediis, ut recte legit & uertit uetus interpres. Cuius lectionem sequutus Scrimgerus. Vt VASALLI *ex eorundem Imperatorum constitutionibus, cum delectus edicitur, nisi in militiam eant, uel uicarium mittant, certum censum, id est, bannum & heribannum siue* HARIBANNVM, *domini uel senioris aerario inferre tenentur; sic possessores horum militarium praediorum ex eadem Nouella Constantini obnoxii sunt oneribus militiae, uel, si refugiant militiam, censui certo: ut intelligere licet ex ratione, quam idem Imp. reddit; cum ait, neque possessorem neque fiscum huiusmodi militare praedium uendere posse: uel si uendiderit, eidem possessori repetitionem competere, in demnitate praestita emtori: eo cessante, agnatos eius possessionem reuocare posse, neque aduersus eos emtori esse repetitionem uel reputationem pretii aut meliorationum, auferre tantum posse ea, quae imposuit praedio, si recipiant separationem. Deficientibus agnatis succedere συνδότας καὶ συναίχμους, id est, consortes, quibus simul militiae nomine praedia assignata sunt: consortibus succedere milites indigentiores, & his rursus paganos πρὸς τὸ μὴ διαπίπτειν τὸν ἐκ τοῦ κήνσου φόρον, id est, ne census fisco depereat. Denique ut Fridericus Lotharii de eadem re constitutionem emendans nullam praescriptionem temporis opitulari posse, quo minus uenditio re-*

Possunt uindicari reuocarique ab agnatis;

Commilitonibus, connafallis.

1 *scindatur, constituit hac ratione, quia quod ab initio iure non ualuit, tractu temporis conualescere non solet: ita nec Constantinus, nisi XL. annorum: hac etiam ratione reddita, σχεδὸν γὰρ τοῖς κακῇ πίστει νεμομένοις ἐρίθμει τούτους καὶ πάλαι ἡ συνήθεια, propemodum*
2 *enim malae fidei possessoribus hos olim consuetudo quoque numerabat. Namque, ut aiunt Impp. in L. quemadmodum 7. C. de Agric. & Censitis, malae*
3 *fidei possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.* Conferri cum his possunt *l. 3. C. de fundis limitrophis & l. 8. C. de fundis patrimonialibus.*
4 Qui uero rei proprietatem ei tribuas aut plenum dominium, cui interdicta est facultas de eadem disponendi. Sed plenius de his in explicatione de feudorum originibus.

Non obstante temporis interuallo.

5 (y) Perinde scilicet ut feuda hodieque differunt ab usufructu, quod hic morte expiret usufructuarii; non uero illa: hic uinciat manus, ne uel in meliorem statum fundus mutetur;
6 quas liberas habemus in illis. Ex instituto etiam de his agetur suo loco.

In fundis militaribus plus iuris quam in usufructu.

(z) Non ignoro, dominii *directi* & *utilis* nomina glossatorum esse, non legum ipsarum, quas Romanis
7 referimus acceptas. Legatur interim *COVARRVVIAS part. 3. relect. cap. possessor de reg. Iur. in 6, §. 1. de* effectu dominii utilis & directi *p. 444.* Verum si rerum uestigia habemus, parum interest, quo uerbo easdem appelle-

Cursim de dominio directo *ac* utili *Romanorum*

FEVDA omnium clarissime distinguunt a rerum proprietate uel pleno earum dominio (a). Atque haec de

pellemus, Mihi satis est; fundos militares, stipendii causa, militibus adsignatos fuisse a republica, necquicquam absolute; sed propositis legibus; ne deseruire eorum causa intermitterent possessores; ne illos redderent deteriores; ne alienarent easdem & quae sunt generis eiusdem. Quae omnia proprietatis iura potissima euertunt. Sed haec doctrina ampliorem exigit dicendi locum inferius.

BENEFICII nox in diplomatibus medii aeui, distinguitur a iure coloni.

(a) Clarissima loca sunt diplomatum eius generis, quae ueram nos docent indolem beneficiorum apud Germanos. Principio quod a locatione aut uenditione beneficia differant & genus quoddammodo constituant inter utrumque intermedium, diploma nos admonet in *chronico LAVRISHAIMENSI ad an. 1179. p. 183. Prohibemus insuper; bona monasterii ad mensam abbatis, seu uictualia fratrum pertinentia in* BENEFICIARE; (infeudare) VENDERE; LOCARE *uel alio modo quolibet alienare.* Deinde proprietati beneficia aduersa esse, ex simili monumento clarum est ad an. 871. p. 53. *dono rem* PROPRIETATIS *meae; sed ita, ut fratribus permaneat ad sustentaculum & nulli unquam in* BENEFICIVM *detur.* An. 884. p. 61. eadem fere formula repetitur. Testimonium est magis luculentum ad an. 922. p. 76. *si ullus episcopus aut abbas* fundum, coenobio dicatum, *uel tollere uel in beneficium dare aut*

*a proprieta*te, *quae domini directi.*

1 *sibi habere uoluerit.* Paria habes
apud *Nicol. SCHATEN annal. Paderborn. lib. 2. ad an. 855. p. 145.* & *lib. 3.*
ad an. 866. p. 158. praedium, quod
dono, *in beneficio nulli concedatur;*
2 *sed solum modo absolute ad mensam*
deseruiant. Momentosum quoque
esse, existimo diploma *ARNVLFI* regis *ad an. 889.* quod idem exhibet
lib. 3. p. 216. Venerabilis abbas preca-
3 *tus est celsitudinem, ut quasdam res*
PROPRIETATIS *nostrae, quas quidam*
nobilis uir Stobward nominatus, prius
in BENEFICIVM *habuit* (intelligis
proprietatem fuisse penes dominum
4 directum) *pro remedio animae nostrae*
ad monasterium Corbeia in PROPRIVM
concederemus, non, ut ante in bene-
ficium seu feudum. In alio apud
eundem ad an. 890. p. 219. *Arnul-*
5 *fus rex. Pro merito bonae fidelitatis*
& seruitutis cuidam dilecto comiti
nostro Choppo uocato, quasdam res
PROPRIETATIS *nostrae* (quas in bene-
ficio hactenus ille habuerat) *in* PRO-
6 PRIVM *concessimus. Et iussimus* (no-
ta effectum proprietatis) *ut fidelis*
noster Choppo de his omnibus habeat
potestatem TENENDI; DONANDI; VEN-
DENDI; COMMVTANDI *uel quicquid*
7 *sibi placuerit faciendi.* Quibus om-
nibus interdictus fuerat beneficia-
rius seu uasallus. Non possum uero,
quin addam hoc fine aliud diploma
ex *Marq. FREHERI originib. palat.*
8 *p. 78. Lotharius diuina praeueniente*
clementia rex. Quia Hucbertus ab-
bas nostram deprecatus est magnitu-
dinem.

de uerbis feudi & beneficii figillatim.

CAP. III.

DE VERBO LEHEN SINGULARIA.

§. I.

Valde miror, Germaniae iureconsultos uerbi LEHEN nullam fere rationem habere; cum tamen uocabuli ambiguitas maxima sit (b), quae iuris inter- pre-

Uerbi LEHEN maxima ambiguitas.

dinem, ut cuidam FIDELI *comiti palatii nostri Ansfrido nomine ali quantum ex rebus* iuris nostri, *quas ipse iure* BENEFICIARIO *detinet, ad* PROPRIVM *concederemus ac largiremur. Cuius precibus moti ei ad* PROPRIVM *id tribuimus & de* IVRE NOSTRO *in ius &* DOMINATIONEM *ipsius perenniter mansurum transfundimus. Habeat faciendi* LICENTIAM *quicquid elegerit uel uoluerit, sicut de reliquis proprietatis suae rebus. Ita tamen ut nusquam a nostra discedat* FIDELITATE. *Dat. 5. idus nouembr. anno dn. Lotharii primo, indict. 4. Act. Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter, amen.* Una, quod dicitur, fidelia plures dealbare licet parietes. Nam intelligimus exinde multa intercessisse discrimina inter rei PROPRIETATEM & feudum siue BENEFICIVM. Illa in *dominatione* siue dominio; in iure etiam proprietarii fuerat; neutrum uero habuit beneficiarius. Ille de re libere disposuit: eam commutando & alienando: non uero hic. Ille rem perpetuo iure tenuit: non hic, nisi ita uisum fuerat domino *directo.* Ceterum illud quoque non indignum est notatu, FIDELITATEM non beneficii signum esse: sed etiam prae-

a dominio,

facultate disponendi de re.

1 stari posse intuitu rei propriae a subdito domino territorii. Binis etiam uerbis auctoritate utar *CAPITVLARIVM*, quae tamen loca
2 ante me congessit *Antonius MATTHAEI de rebus Ultraiectinis* p. 173. Ita autem capitulare *tom. I. Baluz. n. 7.* ad an. 816. *Auditum habemus, qualiter & comites & alii homines* (feodatarii), *qui nostra* BENEFICIA
3 (feuda) *habere uidentur, comparant sibi* PROPRIETATES *de ipso nostro* BENEFICIO (feuda peruertunt in allodia) & quae sequuntur.

(b) Plurimum operae posui in
4 huius quoque uocabuli uera indagatione. Neque tamen hoc praeter rem me fecisse, existimo: cum olim hodieque illius multiplex fuerit significatus. Difficilior fuit
5 eius inquisitio. Principio enim ut alius generis diplomata, sic etiam litterae clientelares ante seculi XIII. ingressum rariores sunt. Curiae quippe Ludouici demum bauari
6 debemus usum patrii sermonis frequentiorem. Adeoque uetustiora monumenta desiderantur, unde uerbi LEHEN uerus & primarius usus queat ostendi. Et uero utinam intelligerent Germani, quantum pa-
7 trii iuris momentum pendeat a diplo-

Significatus uerbi LEHEN *adm. necessarius.*

Germanica diplomata ante XIII. rariora.

pretem facile agit in transuerſum. Non poenitebit nos, in illius etiam indagatione ſedulam operam adhibuiſſe.

Vetuſtas alia uerbi,

§. II. Equidem ſeculo duodecimo antiquiora diplomata non habeo, unde conſtet, FEODA in patrio ſermone LEHEN audiuiſſe (c): uerum ipſa uox LEIHEN, LEHNEN, LEHEN aetatis uetuſtiſſimae. Nam omnes populi ſeptemtrionales eam, communem ha-

plomatibus uetuſtioribus noſtrae uernaculae. Quotusquisque uero eſt, qui haec intelligit. utinam quoque operas & auxilia praeſtarent illis; qui occupati ſunt in illis colligendis ac promulgandis. Habeo in ſuppellectili mea codicem DOBERLUGIANUM: cuius omnia diplomata latina in uernaculam translata ſunt ab interprete ſeculi decimi quinti. Quem propterea magni aeſtimo. Monumenta enim patrii ſermonis, quae *p. 16. n. 3. ſeq.* recenſui, ut etiam illa, quae *LAMBECIVS lib. 2. cap. 5.* magno numero e *bibliotheca Vindobonenenſi* exhibet, theologici argumenti ſunt & iſto rarius proſunt. Contra mea contractus & donationes habent, qui uere noſtri inſtituti. Deinde ortus uocabuli, unde plurimum lucis ſolet accedere primaeuo ſignificatui ualde ambiguus eſt & ſubobſcurus; quod mox intelligemus. Ad extremum de FEUDI LEHEN commixtione & domini queruntur & uaſalli, ut neſcias, utrum uocabulum lenius fuerit uel triſtius. Quae ſingula nunc diſputabimus ſigillatim,

1 2 3 4 5 6

(c) Paulo ſuperius *cap. 1. p. 12. n. 3. ſq.* duo teſtimonia dedimus, unum e duodecimo: alterum e decimo tertio ſeculis, ubi uerbum LEHENRECHT reperitur. Addo nunc ex *HVNDII metropoli Salisburgenſi* alia duo. Unum *tom. 1. p. 382.* habetur ad an. 1218. *Fridericus ſecundus diuina clementia Romanorum rex &c. feudum pataxienſis epiſcopi tunc ceſſit imperio, quod feudum tum uexilli nomine uan* LEHEN *adpellatum illuſtris dux Bauariae quondam de imperio dignoſcitur conſecutus.* Alterum *tom. 1. p. 390.* ad an. 1277. ubi *Rudolfus imperator* &c *idem in uilla Hollern ſex manſos & dimidium manſum, qui* LEHEN *uulgariter nominatur.* Codices iuris feudalis SUEUICUM & ALEMANNICUM nolo hic laudare, quod de aetate eorum nondum conſtet inter eruditos, neque ego audeam, quae ſentio, hic prodere. Nouae enim opinioni patrocinio opus eſt; quod commentarius ei praeſtabit, qui alterius loci eſt de *origine feudorum*. Ceterum quamuis *LAMBECIVS* lib. 2. cap. 8. p. 825. exemplum codicis Ambroſiani ad

Vetuſtiora ſec. XII. teſtimonia de uerbo Lehen, *qua feudi ſynonymum.*

habent cum Germanis, quod sigillatim & forte solicitius, quam par est, dedimus commonstratum (d). Unde omnium clarissime patet, uerbum hoc ante natum fuisse, quam illi in peregrinas colonias fuerint profecti. Quod tempus mille annorum pluriumque seculorum spatia complecti, neque tironibus historiarum potest esse ignotum.

§. 111.

ad Friderici 2. tempora reponat: dubia tamen satis momentosa huic aetati mouit uir magnificus, *Chr. THOMASIVS in electu iuris feud.* nuperrime promulgatis.

De uetustate uerbi Lehen.

(d) Cum & *Sueci* & *Angli* feoda in uernacula sua LEHEN adpellent: fateor, magnae uetustatis hoc esse uidetur argumentum. Sed quamuis uerbi huius non in dubiú uocem natales: tamen significatum non omni tempore eundem fuisse neque FEODO hodieque synonymum esse, suo loco commonstrabo. Audiamus exterorum Ictorum testimonia. De Suecis ita differit *Ioh. LOCCENIVS in synopsi iuris Suecici Differt. 5. §. 5. p. 886. Feudum hodie nostratibus dicitur* LAN *uel* LAHN, *a laena aut foerlaehna id est concedere. Sic in c. 4. §. 9. Konungsbalk LL. iur. Suetic. lacaen laena, feuda concedere. Laenen ergo hic est concessio quaedam benefica. Sic c. 35. eod. Effter ty samwiti och skae, lom som gudh hafwer os laent. Laent pro foer laent. Secundum conscientiam & rationes, quas Deus nobis concessit. Non itaque laen uel laehn est a lent, ut Vulteius lib. II. c. 11. n. 14. putat. Ab illa benefica concessione etiam donatio uocatur in recess. Nor-*

Auctoritate Suecorum.

1 *cop. de an. 1604. & alibi. Et inde au-*
thores reuisiones legum prouinc. sub
Carolo IX. uerba dicti cap. 4. Kb. LL.
lacaen laena uerterunt: laehn gifwa,
feudum dare uel donare. Ab illo
2 *laehn composita descendunt lacaen-*
godz, feudalia bona; laenherr uel
laensherre, ut dicitur in cap. 1. Trug.
Ul. feudi possessor. Alias, qui confert
in alium feudum uocatur feudi do-
3 *minus & laemann uel laendragarn,*
uasallus & laendzmann praefectus
feudo. Plura conduxit *Franc. JU-*
NIUS in glossario gothico p. 232. quem
ante ante audiemus, quam nostrum
4 iudicium prodamus de hoc argu-
mento. *Leigan,* in quit, est *mutua-*
re, foenerari Ulph. Matth. 5. 42. Luc.
6. 34. 35. Anglosax. *laenan, likan,*
lendan, alendan; Alam. *leben, liben;*
5 Cimbr. *leige;* Dan. *laane;* Angl.
lend; Belg. *leenen. Hinc iisdem* Bel-
gis *leengoed est praedium clientelare,*
ager feudalis. Huc pertinet illud
Theodisci glossarium; *feodum leen,*
6 *feodales lehenman. Item illud* glos-
sarii, *quod edidit Petrus Os de* Breda
ius feodi, leenrecht. Runicum *etiam*
lexicon len exponit feudum. Anglo-
saxonicum glossarium *laen, commo-*
datum: lander laen, precarium. Ab
hac

Plurimumque gentium.

Gothorum.

Anglorum.

Cimbror.

Dan.

Belgarum.

Runar.

alia huc facientis significatus.

§. III. Verum quamuis ipsius uerbi antiquitas sit tot scriptoribus testatissima; significatus tamen, qui huc pertinet, longe est iunior. Principio enim LEHEN *commodatum* aut *mutuum;* LEIHEN *commodare* aut *mutuo dare;* forte etiam *locare* significauit (e): post euenit, ut hoc uerbum *feudi* uel *beneficii* fieret synonymum. Quamuis nemo non uideat, inter com-

hac interim uocabuli laen uel len acceptione etiam illa dicuntur Anglosaxonibus *laene, quae fragilia & momentanea sunt, quaeque mortalibus a Deo non mancipio, sed usu dantur.* Paria fere sunt, quae habet *STIERNHIELM* p. 107. *glossarii Ulphilæ Gothici:* LEIHVAN *mutuum dare Matth. 5. 42. leihuid, mutuum datis Luc. 6. 34.* Suet. *laena;* Island. *laanid;* Anglosaxonice *laenan, lihan, leanan; alendan;* Alemannice *lehen; lihen;* Germanice *leihen;* Danice *laane;* Anglice *lend;* Teutonice *leenen. Hinc* Suetice *laen;* Teutonice *leen, feudum, praedium clientelare. Laenman, uasallus.* Speciatim uero de Anglis notandum est, quod illi *feuda fee* hodieque adpellent, uti etiam Galli *fiefs:* ast uero *lehen* speciem feudi dicant singularem; quam his uerbis exponit *SPELMANNUS p. 354. Lehen germanice & saxonice len. Uelut hoc quod* AD TEMPUS *conceditur, proprietate penes concedentem remanente, accommodatum. Sic enim nos hodie to lend dicimus, pro accommodare. Huiusmodi fuisse feoda militaria supra ostendimus in feudum. Hinc etiam celebre illud oppidum in patria*

De Anglis speciatim.

1 *mea nomen len accepit, quod olim praedium esset episcoporum illius tractus ideoque len episcopi adpellatum, hodie len regis.* Exinde plura sunt, quae discimus: hic summatim
2 attingenda. Principio LEIHEN, LEHNEN uetustissimam uocem esse septentrionalibus gentibus ante cognitam, quam ille in diuersas colonias exirent. Deinde significa-
3 tum, qui *commodare* aut *mutuo dare* notat, longe antiquiorem alio, quo *feoda* describit. Post illum omnibus populis communem esse; non hunc. Angli enim τὸ *lent* in latino non *feu-*
4 *dum* reddunt; sed *mutuum* & *commodatum. Feodum* uero retinent in uernacula *fee; fee-farm. Thomas THOMASIUS* in dictionario Anglico: *fee ferme, feudi firma:* A FEE *re-*
5 *muneratio, stipendium, honorarium:* A YEERELY FE, *annua pensio:* FED *pastus, altus:* A COUNSELLORS FEE, *sportula.* Conferri possunt illa, quae superius diximus *p. 20. n. 2.*

(e) *Lehen; anlehen; lehnen; lei-*
6 *hen* barbaris gentibus idem fuit, quod latinis *mutuum* aut *commodatum;* quos contractus illae uerbis distinguere nesciuerunt. Quapropter hodieque germani utrumque

Lehen idem ac mutuum aut commodatum.

commodatum, mutuum & *feudum* quam plurimum interesse (f).

G §.IV.

que eodem vocabulo indicamus: utpote librum commodare, *ein buch leihen*: pecuniam dare mutuo *geld leihen*. Non potest hoc melius intelligi, quam ex barbaris interpretibus sacri codicis *MATTH. 5. vers. 42.* & luculentius ac plenius longe *LVCAE 6. vers. 34. 35.* *wenn ihr leihet, von denen ihr hoffet zu nehmen, was dancks habt ihr dauon* & quae sequuntur deinceps. Nam & Gothicam Ulphilae & ueterrimas uersiones alias τὸ δανείζειν, *mutuum* date, uerbo *LEIHEN* reddere, quamuis dialecti eorum diuersae sint, uidimus p. 47. n. 2. 3. Et sane ueniam barbari populi in hac commixtione contractuum facile merentur. Quae enim oculatissimorum quoque iureconsultorum odia ac dissensiones in quaestione: *utrum mutuum sit alienatio?* siue quod fere idem est, *utrum mutuum*, intuitu quantitatis, non speciei, *dici possit commodatum?* Alienationi contradixerunt *MOLINAEVS; SALMASIVS; WISSENBACHIVS*: quam tamen contuti sunt *TABOR* & omnis fere doctorum cohors. Habeo Wissenbachii diatriben de hoc argumento, notulis auctam, Taboris manu exaratis, qui illi falso respondet p. 30. Quis acumina eius rei desideret in populis incultis? Deinde Germani & ueteri aeuo conciues eorum auri & argenti usum ignorarunt, quare mutui materia frequentior. Tum simplicitas uo-

Cur mutuum *Germani non distinxerint a* commodato?

1 luit harum gentium, ut tantum
abesset, ut in bonis suis ea numerarent, quae mutuo acceperant
ab aliis: quantum abest, ut in illis
esse queant res commodatae. Ceterum,
2 nisi omnia me fallunt, *locare*
idem quondam uerbum fuit, quam
leihen. Hoc enim *ISLANDIAE* uersio,
cum Vlphila edita, reddit *liiken*, locato
quod magis uicinum uocabulo romano *locare*. Quod si est, facile
3 intelligis, *locati conducti* contractum
cum reliquis duobus eandem quoque adpellationem olim habuisse.
Quid? quod etiam apud Romanos
4 *collocare* nummos idem fuerit, quam
mutuo dare, quod arguit *SALMASIVS cap. 7. de usuris.*

Lehen u. pro locato conducto.

(f) Principio feudorum non alius neque Germanis uocabulum
5 fuit, quo hunc contractum indicarent, quam *fee & feod*, quod exposuimus *p. 20. n. 2. p. 22. n. 3.* superius.
Lehen autem uerbum, licet adpellatione uetustissimum fuerit, signi-
6 ficatum tamen habuit, *commodato, mutuo* atque *locato* communem. Ut
autem uerborum ille magister, uulgi usus, omnia peruertit: sic
eadem fata uocabulum *leihen* & *lehen*
puto exercuisse. Scilicet ad *stipen-*
7 *dia* quoque & *stipendiarios fundos*
illud prolatum atque ita demum amplificatum est, ut uerbo *dare, concedere, tradere* respondere uideretur.
Si coniectura uti licet in re obscura, *primus* uerbi LEHEN significatus fuit,
ut notaret mutuum, commodatum, loca-

Feuda serius dicta LEHEN.

Qui pluribus ignotus

§. IV. Inde est, quod aliquae gentes LEHEN uerbum, qua id *feoda* indicat, non solum prorsus ignorent (g): sed etiam in uernacula sua *feod* hodieque retineant, uocabulum, huic contractui in barbaris gentibus prorsus coaeuum (h).

§. V.

locatum *medius*, ut indicaretquoque feuda: *ultimus* nouissimusque, ut cuiuscunque generis concessiones siue traditiones uniuersim complecteretur. Namque duodecimo iam seculo p. 45. n. 1. l.c. ostendimus, *feoda* Germanis dicta fuisse *leben*: uerum censitica bona aut res omnino proprias in principum curiis tum etiam lehen audiuisse, illud pro foetu habemus aeui recentioris.

FIE Francogallis feudum, fide documenti an. 1270.

(g) Exempli loco habeo Francogallos, in quorum antiquissimis monumentis, quae in uernacula eorum supersunt, non alia uox legitur, quam FIE, nullibi LEHEN. Audiamus INSTITVTA FEVDALIA S. LVDOVICI, quae in *vetustissima membrana, an. 1270.* conscripta, supersunt. Partem eorum excerpsit *Louis Chantereau le FEBVRE*, inseruitque commentario de feudis *p. 197.* unde nos quaedam e cap. 48. huc transcribemus. Est autem tale. *Se li hom semont son hom, que il li monstre son* FIE & paulo post: *Apres quant li Sires aura ueu son* FIE, *il demandera a son hom en i a il plus, que uous ayez, à tenir de moy*, & iterum: *ie wel, que uous tenez de moy: car ce est de mon* FIE *& li monstrerois quoy & si ne me l' auez mie monstre* & quae sequuntur. Corroborabit, quod

1 cursim noto, uetusta Gallorum scriptura sententiam meam proditam *p. 20. n. 2.* Ceterum, quod mihi filum consecutionis hic sit, obscurum non est. *Feodum* enim barba-
2 rae originis uerbum esse, Francis, Germanis, Anglis, Suecis & Danis commune, ostendi superius *p. 17. n. 4.* Hoc in latino barbaro idiomate hi omnes retinent hodieque; quidam
3 uero cum Germanis a uoce hac sunt desuefacti. Quo autem uerbum pluribus commune est: eo etiam illud est antiquius. Quod cursim noto; Franco-gallis uox usitata
4 fuit Germanorum *leihen; loyer*, teste *MENAGIO* in h. u. Uerum tamen illi beneficia dixere FIE, non *loye*. Id est, morem in adpellatione non, ut Germani, migrauerunt.

FEE Anglis feudum est, certa eius species illis lehen.

5 (h) Anglosaxones, *SPELMANNO* teste p. 48. n. 5. 6. illa tantum feuda *leben* dicunt, quae mere usufructuaria sunt & cum persona percipientis iterum expirant. Reliqua, quae iuris ordinarii, primaeuo
6 etiam nomine *fed. fee* eos in uernacula hodieque insignire, paulo ante p. 48. n. 5. retulimus. De Suecis ita quidem ego existimo: illos ante FEUDA nostri significatus prorsus

Suecorum LEHEN non sunt feuda.

7 nesciuisse, quam regnum est factum hereditarium. Si uero in uetustioribus

ribus

§. V. Habet autem, quod caueat etiam iureconsultus Germaniae, ne errore labatur, noxio aequitati. Dicimus in uernacula LEHEN de re quoque nobis propria atque prorsus *allodiali* (i), ubi uerbum

LEHEN aequiuocum maxime Germanis.

G 2

idem *pro allodio,*

ribus legibus eorum uox *laehn* occurrit: illam, uitio interpretum, *feodum* redditam fuisse, quamuis praedia essent *censitica; emphyteutica; conductitia; usufructuaria* quae longo tamen interuallo absunt a feudalibus. Probo hoc testimonio iureconsulti domestici *Joh. STIERNHOEK Lib. I. iur. Sueogoth. c. 6. p. 277. Feudali etiam iure plurimi fundi & praedia apud nos possidentur. Et olim alio ferme modo, quam hodie. Cum feuda olim non essent: nisi uictalitia atque hinc feudum nomen habet, quod ad alimoniam datum fuit.* Habes iterum feudi uocem in uernacula etiam Suecorum. *Vasalli fuerunt quibus aliquid in alimoniam datum fuit, quod raro factum in fundis. Postquam uero regnum hereditarium factum est, ad normam & conditionem iuris per Europam feudalis, etiam eiusmodi feuda introducta sunt.* Quae igitur in uetustioribus legibus LAEHN dicuntur, illa uel indolem haberent feudorum Sueciae antiquiorum; uel recentiorum. Non primum, quia feuda tum *uictalitia* fuerunt, raro constituta in fundis: neque alterum, quoniam haec ultra seculi unius memoriam in septentrione non adscendunt. Speciminis loco esse potest *cap. 10. iuris Vplandici p. 92. edit. Lundianae*, cuius hoc est initium: Nu ma ängin härra gengiärd biudha a LAEN sitt. Ok ängin Länsmadher hwartt a bönder ålla Landbra. Interpres hoc ita reddidit: *Nullus dominus indicet collectas pro uictu colonis suis in possessionibus suis* FEUDALIBUS. *Et nullus* FEUDO *praefectus agricolis aut colonis conductitiis.* Finis legis est, ne *ius collectandi* exerceant nobiles in rusticos suos siue illi *coloni* sint siue *censitae*. Valde ergo mihi inconcinnum uidetur, loco horum uerborum *feodi* uocem substitui, ab illis longe diuersam. Verum ut quondam germanica iura Germani, Saxonica Saxones non coniungere cum romano; sed contorquere instituerunt: ita etiam Suecis uolupe fuit, sui iuris concordiam cum peregrino habere, siue docerent eam, siue ex ingenio fingerent. Quos ego foetus reipublicae noxios esse credidi & suis auctoribus infelices.

(i) Clare & uere scribit ea de re ... *RHETIVS in comment. feud. lib. 1. tit. 1. n. 21. p. 44. Germanicum uocabulum* Lehen/*usui feudorum, postquam constitutiones imperii eo idiomate litteris mandari coeperunt, accessit. Natura sua quamcunque concessionem etiam rei allodialis denotans. Unde p. 33. assertum illud feudi, qua talis indolem non exhaurire, sed ex contextu uel materia substrata mereri interpre-*

LEHEN germanis etiam de allodio.

Feudo uicinis contr.

idem nostris, quam concedere aut deferre. Deinde contractus, feudalibus quodammodo uicini, pariter hoc nomine insigniuntur (k), quamuis ab ipsis feudis longissime absint. Ego certus sum, factum esse hac commixtione, ut feuda nonnunquam cum allodiis aut allodia cum feudis (l), ignauia aut prauitate doctorum

pretationem. Eandem sententiam habet *ERBEN cap. 6. elect. feud. §. 7. p. 99.* Leihen & lehen *in latiori quamcunque concessionem denotante significatu ad allodialia quoque bona, territoria, prouincias, extenditur, quia imperium aut superior potestas alia reseruata esse uidetur.* Qua propter prouide *HORNIVS cap. 2. Iurisp. feud. §. 3. p. 46. non statim negotium pro feudali habendum, nisi alia etiam signa adsint qualitatis feudalis.* Quod ante etiam monuit *BESOLDVS Cons. 236. n. 21.* In Hallensi ciuitate, in qua haec scribo, antiqua consuetudine *lehen auflassen, in würden und lehen geben* ille actus dicitur; quo aedes urbis, quae cuiusque ciuis privati propriae sunt, in matricula reipublicae emtori adscribuntur, nomine pristini possessoris in eadem deleto. Quid? quod etiam symbola, feudis solennia adhibentur in noui ciuis inauguratione; quippe consiliis pileum is attrectat, uti alias uasallus praesidis uniuersi ducatus. Mihi ritus ille nescio quid aristocratici sapere uidetur; aut tamen indignum esse, sacra, quae principis sunt, pollui subditorum imitatione. Claudimus haec obseruatione *LYNKERI in analect.*

Quid formula ist rechtem lehen.

1 *feud. p. 12.* Ubi inquit: Lehen *generale nomen Germanis pro concessione qualibet. Postquam uero iura accuratius habita sunt inter Germanos: mutuum nobis anlehen; com-*
2 *modatum* leihen; *emphyteusis* erblehen; *feudum* ein lehen. *Quod in ueteribus inuestituris ut discerneretur, adpellatur,* ein wahres; rechtes; eigentliches Lehen. *Hinc male has formulas*
3 *quis protinus interpretaretur feudum proprium.* Sed de his infra plenius in loco de contractibus feudo uicinis. Conf *p. 51. n. 1.* infr *p. 56. n. 4.* laudatos.

LEHEN de contractibus feudo uicinis.

(k) Videbimus ea de re in illa
4 sectione, qua acturi sumus de contractibus feudo uicinis ex instituto. Exempli loco interim esse possunt, *die Zinsslehen; beutel-lehen; behandigungs lehen;* & reliqua. Eodem
5 uerbi abusu dicitur *dem herrn lehnen uon den lassgütern; der neureut; denen hausleuten; gültbauren; heerdstellen,* quaeque sunt generis eiusdem. *Lehenwahr* in latiori adhuc
6 significatu solui dicitur *dem gültherrn; Zinsherrn.* Conferri possunt tantisper *MAGDEB. Polizey Ordn. cap. 48. SANDE cap. 1. n. 17. ZIEGLERVS de dote eccles. cap. 5. n.*
7 *20. p. 58.*

Feudorum

(l) Hac obseruatione multum

lucis,

ctorum & iudicum, magna rerum iniquitate ac perturbatione iurium, confunderentur (m).

Feoda principio non audiuere leben.

§. VI. Ab utroque casu pristinam aetatem liberam, fuisse existimo; quae primaeuo nomine beneficia

cum allodiis commixtio & contra, unde?

lucis, mihi adsecutus esse, uideor in feudorum ambiguitate. Principio enim plura me certissimum faciunt, illos, qui feuda siue beneficia tenuerunt, plus sibi iuris in iisdem hoc praetextu sumsisse, quoniam idem liceat *emphyteutis, censitis*, quorum bona non minus audiant *leben*. Ita explico locum memorabilem, quem retuli superius *p. 12. n. 5. 6.* ubi abbas Fuldensis queritur, abuti plures uasallos suis beneficiis, quae acceperint ab abbatia, specie inanium, quod *lebenrecht* idem permittere uideretur. Contra uero in *censitas, emphyteutas*, subditos generis alios ordinem nobilium nimiam sibi auctoritatem hac causa arrogauisse, puto; quod *leben* inuolucro ille obsequia irretiret *uasallorum*, quasi ab horum conditione illi non essent multum diuersi. Pertinere huc puto diploma, cuius mentio a nobis facta *p. 12. n. 1.* quod extat apud *GOLDASTVM tom. 1. Constit. p. 292.* Et uero qui factum esse, dices? omnes hodie fundos Germaniae fere feudales esse, cum alia nobis facies eius pateat e superioribus *p. 3. n. 7. & 2.* De hac autem metamorphosi infra suo loco. Quapropter etiam formulae, nostris frequentissimae, ubi LEHEN, ob latissimos sensus, non absolute adhibetur, sed comite adiectiuo: *zu wah-*

1 *ren, rechten leben.* Verum etiam
haec alium exigunt scribendi locum
inferius. *Conf. p. 52. n. 3. & p. 55. n. 4.*
(m) Olim maior immunitas
possessori in re propria, quam in
2 fundo feudali: hodie secus. Ra-
rissima quondam tributa in pace.
Belli onera modico aere luebant
subditi: possessores autem benefi-
ciorum militiam gratis sequeban-
3 tur, quod haec loco essent stipendii.
Inde res propriae libera bona, FRI-
BON audiuerunt, quae praediis, ua-
salli officio oneratis, fuerunt oppo-
sitae. Docet me hoc diploma *mscr.*
4 *ERFVRTENSE ad an. 1281.* Cuius
summa haec est: *Nos Ekehardus,*
Hottermannus & Rudolfus Raspo,
magistri consulum cetera. Volumus in-
uiolabiliter obseruari, quod nullus
5 *ciuis Erfordiensis sua immobilia bona*
sita infra ciuitatem uel extra, in loco,
qui Wipild dicitur in uulgari, siue
hereditaria siue FRIBONN: *uel feuda-*
lia fuerint: siue existant in fundis, do-
6 *mibus, areis, uel in agris, ecclesiis uen-*
dere uel locare, uel legare, uel donare
debeat. Quod si quis alterutrum
fecerit: bona ad ciuitatis operas con-
uertentur. Et haec omnia fidei suc-
cessorum nostrorum committimus
7 *inuiolabiliter obseruanda. Acta sunt*
haec an. Dn. MCCLXXXI. prid. ca-
lend. Iunii. Quid hodie, quae
rerum iuriumque conuersio? Prae-
dia

Ex homonymo lehen damna reipublicae.

Fribonn allodium.

ficia FEOD adpellauit, a uoce LEHEN tum admodum diuerſo (n). Ceterum praedia cenſitica; multo minus liberioris ſortis bona quondam curiis noſtris uerbo LEHEN ueniſſe, ego quidem admodum dubito: quoniam auctoritate diplomatum firmiſſima habeo, LEHEN & eigen e numero eorum fuiſſe, quae ſibi directo opponebantur (o).

§. VII.

dia cuiusque propria tributaria ſunt: feudalia uero *friбonn* ab omni ſtipendio libera: quae enim pen dunt eorum poſſeſſores *der roſdienſte oder ritterpferde halben*; illa rarius imperantur. Hac cauſa factum eſt, ut nemo iam formidaret *feudi* nomen; niſi maſcula prole deſtitutus parens. Numerus plurium feudorum aerario grauis eſt & infoecundis connubiis: aliis poſſeſſoribus illa ſuut acceptiſſima. Atque illos ſcopulos excitauit uerbi *lehen* ambiguitas, ad quos offendere ſolent filiae, cognati, respublicae. Ceterum miſera conditio *der bauren leben*, qui non ſolum operis tenentur, ut uaſalli: ſed ex agris quoque tributa praeſtant, quae plus fere deglutiunt, quam relinquunt ſudori cultoris. In hanc demum crucem miſeros egit peſtiferum homonymum.

Lehen & feod olim diuerſi ſignificatus.

(n) Verbum *leben* principio idem notaſſe, quod Romanis *mutuum; commodatum; locatum & conductum*, ex uetuſtiſſimis monumentis eruimus p. 48. n. 6. ſqq. Quantum igitur hi contractus a feudo hodieque abſunt: tantum quoque abeſt, ut, *feoda* quondam Germanis *leben*

1 audiuiſſe, exiſtimemus. *Mutuum* plene transfert dominium; non feudum, ubi proprietas manet domini: *commodatum* absque mercede fit, ſed huius loco in feudis ſeruitia, quae fidelitatem, ſee comitantur:
2 in *locato* merces ſpectatur; in feudis fidelitas: utrinque non adparet ullum genus dominii, quod utile dicimus in feudis. Facile ergo ad intelligendum eſt, quod *feoda*
3 meliorem reddant uaſalli conditionem, quam ulla ſit huius generis contractuum. Verum aliud exigit iudicium laxior ille uocabuli *lehen* ſignificatus. Poſſeſſoribus enim
4 rerum cenſiticarum; emphyteuticarum; nouelletorum & quae reliqua ſunt, maxima iniuria fit, ſi quod proprium eorum eſt, cenſus aut canonis ergo feudum ſiue *leken*
5 adpellatur.

(o) Non ſolum *feodo* opponitur uocabulum uernaculae *eigen*: uerum etiam *leben*. Illud conſtat ex memorabili diplomate *FRIDERICI II*,
6 Caeſaris ad an. 1215. quod exhibent *MADERVS; SAGITTARIVS; MEIBOMIVS*, e cuius *tom. 3. ſcript. Germ. p. 206.* quae huc faciunt, exſcribemus. *Fridericus ſecundus imperator. Otto de*

LEHEN opponitur eigen.

§. VII. Ad extremum uix operae pretium esse, existimo, lapsus eorum notare, qui LEHEN uerbo nugaces adfinguunt etymologias a LEODIBUS aut aliunde (p). Cum omnem dubitationem illa tollere, possunt

Etymon u. leben a leihen.

---

de Lunenburg se totum in manibus 1
nostris exposuit & insuper proprium suum castrum Lunenburg, quod idiomate teutonico uocatur eigen *in nostram proprietatem assignauit.*
Nos praedictum castrum in praesen- 2
tia principum transtulimus, ut IN FEODARI *debeat. Quapropter Luneburg ducatum in* FEODUM *imperii ei concessimus* & quae sequuntur deinceps. Hoc uero, ubi LEHEN e regio- 3
ne sit uocabulo EIGEN non minus patet ex monumentis. Ad *an. 1311.* scribit. *Heinrich uon der Gnade Gottes M. zu Br. dat we eme und sine Gotteshuse hebben gegeuen dat* EGHEN 4
to N. mit alle dem, dat darte hort ledich und uerleghen. Und he hat uns dat gelegen und unser hausfrouen und unsen Kindern to rechteme lehne. Clarior est sententia an. 1339. lata 5
a scabinis Magdeburgicis: *sint dat die uon N.N. nicht enhebben* EGHEN *nochte* LEHN *des hofes.* Dominum etiam feudi proprietatem habuisse non uasallum der Lehenmann, intel- 6
ligere licet ex diplomate ad an. 1367. *Als her mir und mynen rechten Ernen den hoff N. der sein und seines Gottes haus* EIGEN *ist und uon ehm zu* LEHNE. Ita uenditio hac formula facta 7
fuisse, legitur an. 1362 *met allen gutern* EIGEN *eigenthum;* LEHEN *lehenschafften.* Addere possem discrimen *leben & eigen* etiam hinc patere: quod in seculi XV. diplomatibus e regione stent, *leben & landerben*, id est, successor feudalis & heres allodialis. Qamuis uero primum satis constet: alterum unde dictum ductumque, uidetur esse subobscurum. Ego ita sentio fundos quondam das Land plerosque allodiales fuisse: iurisdictionem fundi feudalem. Atque inde utriusque discrimen. Plenius hac de re alibi.

(p) Facile id condonandum est summo uiro, CVIACIO. Is enim, cum uernaculae nostrae ignarus esset, frustra diuinare uoluit eius etymologias. Ita autem *lib. I. feud. prooem. sub mit. p. 615. Qui rem a domino suo iure feudi acceperunt, dicuntur eius* LEUDES *siue leodes, quod est Francorum* fes leaux, ou loyaux. *Unde puto, Germanos feudum adpellare leudum siue* LEHEN. Vitio autem *Gerhardo Ioh. VOSSIO*, Belgae est dandum, qui *lib. 2. cap. 11. glossematis p. 238.* scripsit: *Leudum idem ac feudum. Germani lehen. Monitum id iam dudum Cuiacio.* Et multo magis doctoribus Germanis, *VVLTEIO lib. 2. c. 2. n. 4. BORCHOLTO cap. 2. feud. n. 13.* aliisque, eiusdem opinionis patronis. Equidem LEUTE nomine hodieque ueniunt famuli nostri & ancillae, quos dicere solent patres familias *ihre leute*, in *Linonia die noel-*

Etymon leben unde? num a leute?

sint, quae in hoc capite (q) conduximus e communi gentium, nobis uicinarum, concentu.

CAP. IV.

SOLIDA FEVDI DEFINITIO.

§. I.

Definitionum FEVDI

Res plena discriminis, feudum explicare solida definitione (a). In diuersa hic eunt doctores, si un-

woelker ; unde mirum non est, eos medii aeui scriptores commiscuisse cum ordinis infimi uasallis : uerum nulla inde consecutio, ad uerbi utriusque deriuationem. Quid ? quod in re manifesta nullis opus esse uideatur ambagibus. Plura etiam inferius dicentur, quo loco agemus de uasallis.

Lehen a uerbo LEIHEN, *non* a lassen.

(q) Existimaueram principio, *leben* uerbum idem esse, quam *lassen* aut *uberlassen*, concedere. Non solum, quod hodie eius tanta sit in significatu amplitudo p.51. lit. i. n. 5. ut in hoc numero etiam *lassguter* reperiri uideantur: sed etiam, quod deprehenderem, in uetustissimis monumentis *lie* pro *lassen*. Ita namque *LAMBECII* ueterrimum patrii poetae fragmentum *lib. 2. p. 388. bibl. Vind. Er nam Vrowen Berhten, und* LIE, id est liesse, *sin ander Wip.* & mox: *Do lach der Chunich nu starp nu* LIE *froun Berhten sin bruet.* Verum enim uero cum luculentissimus sit omnium fere gentium barbararum concentus, uerbum, *liehen; leihen, leben* idem esse, quam commodare; mutuo dare; imo & locare, quod p.48. lit. e. n. 6. probaui: facile mihi ad intelligen- 1 dum fuit, *leiben* huius uerbi primitiuum esse; reliqua autem etyma uel prorsus falsa, uel tamen iusto petita longius. Non itaq; habet *STRVVIVS* cap. 2. §. 1. n. 8. p. 49. & *in obs.* 2 *p. 8.* quare *REINECCIVM* erroris arguat uel *BOXHORNII* opinionem isti praeferat. Ille enim *leihen* commodare, *leben* uestem commodatam reddit: hic *mutuum, pignoris* 3 loco datum. Utrumque enim uera dicere, cum simplex Germania hos contractus, principio, nesciverit distinguere, probaui superius p.49. n.4. Idem docent *HEIGIVS Part.* 4 *1. quaest. 2. n. 61. RITTERSHVSIVS cap. 1. feud. §. 14. p. 40. LVDWELL in synopsi iur. feud. cap. 2. p. 23.*

Definitionum iuris peruersitas.

(a) Bardus sit oportet, qui ineptas non uiderit iuris Romani defi- 5 nitiones. Nunc enim *etymis* uocum *ludunt* icti definitores; nunc ea, quae *accidentia*, ut scholae dicunt, sententiis admiscent, illis, quae *necessaria* siue *essentialia* sunt, 6 temere praetermissis. Nunc *genus* abest; iterum *differentia*, quam dicimus, *specifica*. Quid ergo mirum, si definitionum illarum aliae mancae, sint atque hiulcae; aliae superfluae & nimis redundantes; nulla fere eam

unquam alias (b). Calculum itaque si uni dederis, erit tibi luctatio cum reliquis. Accedit, quod facile lectores fastidio offendat huius argumenti disputa-

H tio

eam formam habeat, quae sustinere possit iudicium curatioris philosophiae. Non artis est, notare haec peccata, cum maxima sint, ne quidem obscura crassiori mineruae. Non ergo miror, querelas propterea mouisse & philosophos & Iureconsultos. Ex illorum genere adpello *NELDELIVM de usu organ. p. 5. c. 5. p. 581.* horum e classe *BACHOVIVM ad §. 1. I. de tutel.* Nescio, quo animo codicem iuris hic tueri audeat *POTTIVS in dialect. iuris cap. 6. q. 24.* nisi amoris nimietate, in sententias ueterum, sit corruptus. Illud autem operae pretium esse, existimo, causas indicare, qui *IAVOLENVS* scribat *l. 202. ff. de R. I. omnis definitio in iure ciuili* (non naturali) *periculosa est. Parum* (uix) *est enim, ut non subuerti posset.* Frustra enim sunt *EICHELIVS & MULLERVS*, huius tituli interpretes, qui *definitionis* uerbum non in uulgari; sed alio sensu hic accepi existimant, quo illa *regulam* significet uel *axioma.* Quasi uero utriusque non esset uinculum & perfecta definitio perfecta non minus pareret axiomata. Quod etiam ante dixit *Petr. FABER ad l. 1. ff. de R. I.* Ego certe, post alia, Iauolenum respexisse quoque putauerim ad iuris ciuilis, de quo tantum loquitur, *mutabilitatem.* Quod tribus uerbis in feudorum institutis, quae huius loci sunt, demonstrabo,

Illae qui periculosae sunt?

Inprimis in iure feudali.

1 Olim certe feudorum ea ratio fuit,
ut necquicquam meliora essent iuribus usufructuarii. Fuerunt enim,
ut hodieque munera esse solent
(*herrendienste, herrenaemter*), tem
2 poraria non solum, quae uitae tempora non exibant: sed etiam precaria prorsus, quo more principi licet, quando lubet, ministrum suum aut militem dimittere. Quo rerum
3 statu, qui quaeso! sanae mentis uasallus praedium feudale in meliorem statum uertere uoluisset, id est, maiora usufructu iura sibi arrogare. Post uero quam feuda posteris iure
4 perpetuo relicta sunt, tum demum plus sibi uasalli sumpserunt; ut haec tempora largiorem definitionem mereri uideantur. Verum hac de re suo loco. Nunc enim eo tantum
5 fine haec commemoro, ut pericula constent definitionum ex iuris mutabilitate.

Feuda quondam deteriora usufructu.

(b) Commendo interim *Vlricum HVNNIVM*, qui *cap. 5. tract. feud.*
6 septem definitiones feudi diuersas sub examen misit, quamuis idem & ipse mereri uideatur. Causae sunt, quas recensebimus summatim, primo *temporum* confusio, quae feuda in alium statum mutarunt: deinde
7 *superstitio* barbari iuris necnon melioris notae interpretum: post nugae in feudi *etymologiis*: tum *locorum* & prouinciarum commixtio: praeterea feudorum, qua *publici* iuris

sunt

Discrimina doctorum in definitione feudi unde?

tio (c): ut fere exigat locus, ueniam precari, si eam prosequi uelis liberaliter.

Nostrae definitionis explicatio.

§. II. Principio explicabimus, quae definitio nobis probetur: tum, quae aliorum hic rationes sint, exquiremus. *Feudum* nobis *beneficium est, ab uno delatum, ab altero susceptum, pro nexu fidelitatis.* Sententiae huius singula nunc momenta recensenda & enodanda sigillatim.

a) Definiti,

FEUDI uerbo hic utimur non uniuersim, quatenus cuiuscunque generis alimenta significat (d): sed speciatim, ut respondeat adpositae definitioni.

§. III.

sunt, cum *priuato* conuersio & perturbatio: denique neglectus aut ignorantia artis analyticae &, unde hoc prouenit, ad extremum *causalium* & *formalium; quidditatis* & *qualitatis* rerum, liceat his uerbis uti, cum alia latinitati non suppetant, desertum discrimen.

Definitionum disputationes in iuris studio qui fastidiosae?

(c) Infesta uox iuris *subtilitas;* qua notatus liber aut doctor fastidiosus erit curiae & cathedrae. Quis enim in scholis disceret, dediscenda in foris? Ipsum imperatorem in partes uocant, qui *l. un. C. de nudo iure Quiritium tollendo*, omnes iuris subtilitates & aenigmata sustulerit, ne iuuenes in prima legū *audientia* perterrerent auocarentque. Atque in hoc quoque numero habent curatiora examina definitionum. Verum non sine maxima iniuria His enim tantopere neglectis, fieri non potest, quin iuris ciuilis, id est *positiui* tantae dissensiones & opinionum diuortia sint, qualia uix esse solent in *naturali*, nullis licet limi-

1 tibus circumscripto. Ut taceam, quod notitia cuiusque rei hiulca, uaga & incerta sit, nisi illius uere constet definitio, id est, solida quid res sit explicatio. Summatim etiam
2 ex huius capitis argumento constabit, in quos non errores seduxerint iudices adulterinae definitiones.

Feudum, uerbum commune est,

(d) Scilicet de hoc significatu, qui latissime patet, scriptum est supra *cap. 2. §. 3. p. 20. n. 2.* & *cap. 3. §. 5.*
4 *p. 48. n. 5.* Unde patet, quod *fe* & *feod* uniuersim alimenta denotauerint, quo nomine continetur, quicquid pertinet ad uictum & cultum *l. legatis alimentis ff. de alim. & cib.*
3 *leg.* l. cum hi *§. de calceario ff. de transact.* Verum amplitudo huius uerbi nunc contrahi debet, iterum quoque dilatari; prout scilicet causae & personae se habent, ut fauore
5 aut odio dignae esse, uideantur. Ex instituto *Martinus COLERUS lib. II. c. 1. de alimentis* hoc argumentum ex legum & doctorum auctoritate explicauit. Quamuis autem iure ordina-

§. III. Quemadmodum uero hoc etiam intuitu eius consideratio multiplex est (e). Nunc enim pro ipsa RE, in feudum delata (f); nunc pro CONTRACTU, quo

feudi, quod adhibetur, objective, causaliter.

& speciale, quod huius loci.

dinario benefactori plene non obligetur beneficiarius *l. sed etsi §. consuluit ff. de petit. hered.* cuius pudori tantum datur, uelit nolit, gratus esse *BOECLERUS de act. adu. ingratos diss. 32. p. 929.* iudicium tamen aliud longe ferendum est, ubi ea lege alteri benefacio, ut ille fidem suam nexu singulari mihi addicat officiaque uel certa definita uel omnia, quibus ipse potest defungi. Tum enim desidem & immorigerum non solum priuare possum beneficio ex *l. f. C. de reuoc. donation.* sed etiam longe facilius hoc eum destituere, quo magis uicinus est eius generis contractus conductioni operarum, quibus intermissis, cessat mercedis constitutae obligatio *l. 15. §. 6. ff. loc. conduct.* qua, operis non praestitis, merces etiam solet repeti. Conf. quae dixi *de iure ualetudinar. emeritorum §. 4. p. 20. lit. e.* Summatim adhibemus hoc loco *feudi* uoce non in grammatico sensu, quo absolute denotat *alimentum; stipendium;* eine *verpflegung:* sed in significatu iuris, qui est de stipendio, sub *lege fidelitatis* alteri constituto. De uocabulo *leben* idem est nobis iudicium; quam incertum etiam id esse, diximus *cap. 3. §. 3. p. 48. n. 6. sq.*

qui uicinus operarum conductioni.

(e) Uti scilicet pignus; dotem; uictalitium; emphyteusin; legatum dicimus pro *fundo* ipso emphyteutico, pignoris, dotis, uictalitii, legati ergo tributo; uel pro *iure* quod in illo habent, emphyteuta, creditor, maritus, uidua, legatarius: uel denique, quamuis rarius, pro ipsis huius generis *contractibus. ERBEN cap. 2. §. 4. p. 23.* Eadem saepe ambiguitas Germanis. Utitur enim uernacula in triplici significatu uocabulis amt oder dienst; *pfand; leibgeding; iagtengerichte* & reliquis. Quae uarietas audit graecis philosophis commune πρὸς ἓν καὶ ἀφ᾽ ἑνὸς siue genus inter synonyma intermedium. Inconcinna itaque *Gothofr. ANTONII* philosophia, qui *Diss. 1. §. 2. lit. c. p. 15.* haec inter aequiuoca refert, quamuis ipse praecursorem habeat *RITTERSHUSIUM lib. 1. c. 3. q. 3. p. 56.* Causas uarietatis significatuum pro uerbi eiusdem diuersa consideratione plures habemus, quales sunt: conceptuum uicinitas & diuersorum in uno conuenientia; libertas licentior fingendi & loquendi non uulgi tantum, sed doctorum & interpretum; paupertas omnium fere linguarum, si illas exegeris ad cogitationum infinitatem.

Verba iuris eadem diuersas habent considerationes.

Qui hoc eueniat?

(f) Loca a ueteranis iam congesta sunt, quos ut exscriberent, facile fuit recentioribus. Praecipua eorum sunt *1. F. 4. §. 6. 2. F. 8. §. 1. 2. F. 22. 2. F. 26. c. 1. §. si uasallus feudum alienauit. 2. F. 28. §. si uasallus in feudo aedificium fecerit; feudum melioraverit* quod non est, *das leben verbessern;*

Feudum pro re, hoc iure collata.

effectiue, intuitu uasalli.

quo id constituitur (g); iterum pro ipso IURE adhibetur, quod uasallo competit in re, pro nexu fidelitatis permissa (h): ita non difficile ad intelligendum est, non primum aut alterum significatus, sed tertium tan-

---

Etiam lehen *pro* lehengut.

sern ; sondern das lehengut. Sicuti etiam in uernacula adhibemus *leben* pro *lehengut.* Exempli loco sit, *das lehen eingeben lassen*, non dicitur de domino, qui nexum feudalem laxat aut de uasallo, qui officia negligit clientelaria: uerum de *re, fundo, sylua, agris*, in deteriorem statum conuersis. Formula est uulgarissima, ut autoritate diplomatis opus non esse uideatur. Hinc esse, putant, quod aliqui doctores feudum describant per *rem immobilem* aut *fundum, FACHINEVS lib. 7. contron. 1. RITTERSHVSIVS partit. feud. cap. 3. q. 3. p. 57. LVDWELLVS. Synop. feud. cap. 2. p. 27.* Fit etiam, ut nulli dubitent tanti emere feuda uasalli, quod non dominium *utile* rei; sed *rem ipsam* se emere opinentur, discrimina non edocti.

Pro contractu.

(g) Quod hoc fiat, diffiteri non possumus. Planus est locus 2. F. 87. *In beneficiis, ut in ceteris contractibus praescriptiones currere, humanum est.* Sunt etiam aliae aliorum locorum formulae: *per feudum* (contractum feudalem) *inuestire* 1. F. 28. Rem *per feudum* (contractum feudalem) *cuilibet dari posse 2. F. 3. §. 1. uolebat per feudum aliquem inuestire 2. F. 9. pr.* Verum sint Longobardici scriptores ita inculti, ut rem cum modo, eam tradendi, commisceant; parum refert. Non enim ea propter illi doctores ueniam merentur, qui

1 feudum definire uolunt per *contractum.* Quasi scilicet non solum in
exemplum trahenda esset maxime
inconcinna atque ab ortu uerbi
prorsus abhorrens locutio, *cap. 2.*
2 *§. 3. p. 20. n. 4. 5.* Sed etiam illa, ueriori
significatu relicto, *definitioni* esset inserenda. Qua de re inferius suo loco.

Pro iure *uasalli in re feudali.*

Qui germanus *significatus.*

(h) Est hic *communissimus* significatus tam codici longobardico,
3 quam omnis aeui diplomatibus germanicis; ut operae pretium non sit,
loca conducere, unde is constare
queat. Illa enim se longe offerent
facilius, quam sensus alii quique
4 uerbi eiusdem. Ubi uero noster
significatus ab aliis distinguitur,
tanquam minus propriis, uideri possunt textus 1. F. 25. *feudum sine inuestitura non constituitur. Qui aliter*
5 *rem feudi nomine possidet, ille* QUASI FEUDUM *possidet.* Et 2. *F. 1. feudum*
in rebus soli constituitur. In medii
aeui diplomatibus passim haec formula extat: *contulimus ipsi feudum*
6 *siue ius feudale utilis dominii* ad an.
1283. Et in uernacula; das gut zu
lehn geben mit aller nuzung gesucht
und ungesucht / uti diploma se habet
Anhaltinum ad an. 1386. quo ulti-
7 mo uerbo significantur fructus latentes, nouellata aut reditus praediorum aliquos aperire potest uasallus. Accedit, quod ortus uerbi eiusque uulgaris significatus hodieque

tummodo respici in recitata definitione (i). Ceterum *quartus* uerbi sensus, quo feudum pro *dominio* quoque *directo* adhiberi, existimant doctores; mihi quidem si non fictitius prorsus, ambiguus certe & subobscurus esse, uidetur (k). Illud ad extremum constat, *feudum* pro *fidelitate* nullibi adhibitum reperiri.

Num pro dominio directo?

aut fidelitate?

H 3

dieque congruant huic nostro. *Fee, feod*, non *rem* ipsam aut eius *contractum*: sed *ius* illius denotat, quo beneficiario obueniunt alimenta, *p. 20. n. 4. p. 48. n. 4.* superius.

Quod plenius probatur.

(i) Constat hoc non solum ex illis, quae dixi in praecedentibus: sed etiam aliunde. Principio enim quamuis *pignoris, emphyteuseos* aliorumque contractuum, quos supra p. 59 n. 7. cum feudis in hac causa contulimus, uarii significatus sint: is tamen, qui proprius illis est, non *rem*, neque *contractum*; sed *ius* illud denotat, quod in *re* per *contractum* constituitur. Idem ergo iudicium de *feudi* uocabulo. Deinde quo finificatus quisque est solennior & frequentior, eo etiam est magis proprius. Sed primum ostendi p. 60. §. 3. n 7. ergo uerissimum quoque est alterum. Post qui sensus propius accedit ad ortum uerbi, ille credendus est magis genuinus, altero; qui plus ab eo recedit: primum autem uerum esse de hoc nostro, patet ex p. 20. n. 4. non itaque obscurum est filum bonae consecutionis. Haec propterea plenius ostendo, ut stomachum moueam illis, qui definitiones feudorum uel in primo significatu quaerunt, uel

1 in altero, eaque describunt per *rem immobilem* aut *contractum*: cum tamen neuter sit germanus, quod requiritur in genuina definitione.

2 (k) Affirmat hoc *STRVVIVS cap. 2. §. 2. p. 51. Feudi notatione etiam significatur dominium illud, quod sibi retinet concedens uasallo feudum 2. F. 34. §. 1. 2. F. 9. in fin. 55. t. 1. Cuiac. uerb. alienatio feudi i. e. dominationis*

Feudum an pro dominio directo?

3 *feudi, a domino facta.* Habes loca, quae ille laudat, tuo iudicio aestimanda. In legibus imperii & *artic. 12. capit. JOSEPH.* huius generis formula quoque occurrit. Daß etliche ansehnliche und dem Reich gehörige Lehn in Italien und sonsten veräussert seyn sollen / eigentlicher

4 nachforschung deßwegen anzustellen. Ubi certe dominium *utile* intelligi nequit, quod pluribus uasallis, im-

5 perio subductis, permansit; sed *directum*, quod imperio tantum debetur. Atque huius argumenti nauum & strenuum nunc uindicem agit *inuictissimus Josephus*: RECU-

6 PERATORIIS IUDICIIS hoc fine institutis, parum motus susurro, murmuratione, fremituque cleri usurpatoris. Non dedit nobis Austria Caesarem, qui tantum animi ha-

7 buerit pro decore & maiestate imperii.

riri. Quod nouum argumentum est aduersus illos, qui *feudum* ducere gestiunt a *fide* (l).

Genus feudi qui BENEFICIUM?

§. IV. GENERIS loco adhibuimus *beneficium*. Haec enim uox *uniuersim* largitiones quascunque significat, etiam mere gratuitas, neque ulla lege aut nexu officiorum deuinctas (m), ut frustra sint illi, qui idipsum dicunt feudi synonymum (n). *Speciatim* uero non minus officia includit fidelitatis; ut rerum igna-

1 rii aduersus perfidos ac perduelles.
Adprobet Deus momentosum & salubre institutum prospero consiliorum euentu. Ceterum in locis, modo allegatis non tam *directum*
2 *dominium* FEUDI nomine uenit sigillatim, quam res feudali nexu adfecta, uniuersim hoc uerbo denotatur. Qua ratione *primo* generi, p. 59. lit. f. descripto, commune est. Nisi dicere uelis, FEUDI uerbum
3 nunc *actiue*, iterum *passiue* accipi. Quo intuitu dici etiam potest, dominum alienare seruitutem.

Feudum nullibi pro fidelitate, *non ergo ducendum a* fide.

(l) Feudum commoda denotat uasalli, non domini. Quantum er-
4 go abest, ut *clientela* a *patrocinio*; *filiatio* a *paternitate*; *obsequium* ab *imperio* dictum esse, quis opinetur: tantum abest *feudum* esse a *fide* deriuatum. Profecto si fidelitas cau-
5 sam nomini huic dedisset, ego, explosis sententiis aliorum, *feudum* definirem *fidelitatem alteri ad dictam ob susceptum beneficium*. Stupidus
6 sit oportet, qui intelligere nescit luculentiam huius ueritatis.

Beneficium generatim,

(m) *Uniuersim* beneficium descriptum habes supra *p. 24. lit. o. n. 5.* quo scilicet sensu omne genus denotat largitionis ac liberalitatis; quamuis Senecae illa definitio lusus habeat inconcinnos in re seria & huc faciente. *Speciatim* uero significat largitatem fidelitatis caussa factam; quo intuitu id explicauimus p. 25. n. 3. 4. & plenius longe a *p. 37.* ad *p. 44.* Illo itaque sensu feudi genus est; hoc autem eiusdem synonymum. Ut facile pateat, non primum, sed alterum esse huius loci.

speciatim.

Beneficium num feudi synonymum?

(n) Poterunt nobis doctores hic ea opponere, quae supra scripsimus tot in medium productis testimoniis, feudi *synonymum grammaticum* esse beneficii uocabulum idque in sermone romano aeque *p. 37. litt. n. sq.* ac barbaro medii aeui *p. 44. litt. a.* Verum salua res est. Alios sensus uerba habent *uniuersim* sumta: alios iterum, si accipiantur *sigillatim*. Miror autem, illos doctores, quos latuit alter, uerbum hoc in primo etiam significatu credidisse feudi synonymum: cum tamen certissimum sit, feuda non frustra deferri, sed cum nexu fidelitatis, cui se addicit uasallus.

(o)

ignari sint, qui perhibent, ab hisce illam abhorrere(o). Emi etiam beneficia, rationes eorundem quadantenus immutat, necquicquam *essentiam* & uim

Beneficia num feudis contraria sint?

(o) Molli brachio hanc controuersiam tractarunt iureconsulti doctores, quod miror in tanta luce humanitatis. Scilicet duo obmoueruut, quin feudi *genus* diceretur *beneficium*. Unum, quod beneficia gratuita sint: feuda autem sub onere & nexu conferantur fidelitatis. Haec multis argumentis prosequitur *WESENBECIVS cap. 1. n. 2. p. 5.* Alterum quod ea, quae beneficii loco sunt, nummis & aere prouocari non debeant, quod tamen in feudis eueniat, quae plurimum emtione acquirantur. Utrumque dubium, quantum satis est, respondebo. BENEFICIA enim alia *absoluta* sunt: alia iterum *modificata*, quae sub certa lege, conditione aut nexu conferuntur. In hoc altero significatu purioris etiam aeui latinitatem *beneficia* accepisse, superius a *p. 37.* ad *p. 44.* est plenissime explicatum. Scilicet *alimenta* uoce beneficiorum significarunt, intuitu muneris alicuius, siue militaris *p. 37. litt. o.* siue aulici ac forensis *p. 37. litt. p.* alteri collata. Si hoc plene intellexissent doctores, non opus fuisset ambagibus aliis. Nostrae enim aetatis non est, latinam linguam uel fingere uel formare; sed uerbis sensus relinquendi sunt, quos curiis ac scriptoribus romanis re[illegible]imus acceptos. Possunt tamen similia exempla hunc beneficii significatum il-

Quod illa libera, haec sub nexu fidelitatis.

1 lustrare, ne insolentiae accusari queat. Nam *donationem* praedii, illam quoque leges dicunt, quae facta est cum onere alendi donatorem *l. 1. C. de donationib. quae sub*
2 *modo.* Atque praeter hoc nihil fere est, quod respondere ad dubitationem queunt, a nobis dissolutam *ROSENTHALLIVS cap. 1. conclus. 1. n. 8. NIELLIVS disp. 1. §. 6. litt. e. LUDWELLVS cap. 2. p. 28.* Nouum est,
3 quo impetit hoc genus *VVLTEIVS lib. 1. cap. 2. n. 5. p. 18.* quod beneficium sit actio; non feudum, nisi minus proprie sumatur pro contractu feu-
4 dali. Leue telum ac hebes. Ut enim *feudi* considerationes uariae: de *re*; de *contractu*; de *iure* uasalli, quod explicauimus p. 59. 60. litt. f. g. itaetiā beneficii, quod accipitur pro
5 *re* in beneficium collata itemque pro *iure* beneficiarii, ut habes expositum superius *p. 37. litt. o. p.* & *p. 39. litt. t. u.* denique *p. 42. litt. x.* adextremum *p. 44. litt. a.* Putat *Ioh. BORCHOL-*
6 *TVS cap. 1. n. 11.* decepisse antiquissimos interpretes Senecae locum, *p. 24. litt. o.* prolatum; sed ita philosophos intueri beneficia, quo animo *fiant*: contra iureconsultos respicere,
7 *quid* sint. Huc digitum quoque intendunt *ZASIVS p. 1. n. 4. HUNNIVS cap. 5. p. 49. BOCERVS de qualit. feud. c. 1. n. 5.* Ipse fateor, calamum Oberti sapientiorem fuisse, quā mentem eius. Nesciuit enim ille

illa actio, non haec.

illa philosophi; haec iureconsulti.

p. 24.

quamuis munera a dominis sint nundinati (q). Ac-
I ce-

opus non esse superioribus existimo 1
remediis: quae in sensu morali *beneficium emtum* tuentur, non in *feudali*, qui huius est loci, ubi nihil impedit uendi emique beneficium.
Ceterum eas hodie tam pretii, in em- 2
tione feudorum constituti, quam etiam rei in feudū concessae rationes esse, existimo: ut parum sit, quod ex superioribus accipi possit ad hoc du-
bium dissoluendum ac dissipandum. 3

Confutantur opiniones alior.

Reditus enim pretia, fundis feudalibus constituta, ex asse exhauriunt. Adeo ut illi neque respondeant usuris, imperio nostro legitimis. De-
inde pleraeque Germaniae prouin- 4
ciae cuiuscunque etiam ordinis admittunt emtores & pretii, quod offertur, pensi habent quantitatem, non imagines maiorum aut gentis
uetustatem, multo minus bene me- 5
ritorum amplitudinem. Praeterea dignitas, quam olim comitem habuere possessores feudorum, rerum pace aut bello gerendarum admi-
nistri, prorsus expirauit atque subla- 6
ta est desuetudine. Tandem princeps subditorum fere maiorem, quam uasallorum rationem habet, ut neque in beneficio reponi queat

Nummatorum hominum discrimina in Germania clientelari

a cliente patrocinium. Unicum est, 7
quo hodie gaudere licet uasallo; quod nummatae diuitiae instabiles sint, discriminibus expositae fallacis & fraudulenti debitoris: praedia,
quamuis feudalia certas fere & ex- 8
ploratas fortunas sequantur. Idem autem fieri dicis in allodialibus fundis, ut opus non sit beneficio feudorum. Ast in patria clientelari quod demum allodium superest alicuius momenti? Haec obiter commentor, quae ex instituto conficiam eo capite, quo sigillatim agam de *feudis emtitiis*.

De nundinatione publicorum munerum.

(q) Felix quondam ille, qui sui esse iuris poterat; miser, qui fuerat alieni. Hodie in alium statum uersa sunt cum ingenia ciuium; tum facies reipublicae. Multi ambitionem tantum mortalium in uitio hic ponunt, nostris seculis adauctam: minus autem recte. Quis enim non uidet, ditissimum quemque, nisi aliquem simul locum ille exornet uel in curiis uel templis, despicatui esse non solum aliis: sed etiam plurium iniuriis expositum uiuere, qui eundem uel inuidia pei sequuntur uel aere, quoties occasio uel in foris est uel in ecclesiis, eum student exuere atque emungere. Quo rerū statu tantum non prudentiae rationes uelle existimo; mercari munera publica. Ut haec, si non alium, hunc tamen fructum habeant; fulgore titulorum repellere uulgus profanum. Non igitur est, quod mireris, uel multitudinem eorum, qui administratores audire uolunt reipublicae: uel munerum publicorum nundinationes.

In Galliis maxime.

In Galliis suo iam tempore *LOYSEAV des droits des offices liu. 5. cl ap. 3. n. 97.* scripsit: subditorum Galliae non trientem, uerum semissem absoluere illos, qui titulos gerant officialium. Imo regendo orbi uniuerso uel solos Galliae ministros suffi-

cedit; quod legum quoque auctoritas; atque ita ſententium uetuſtas huic generi tutelam praeſtent (r). Ut taceam, genera alia quaeque, a diuerſis prolata, limi-

ſufficere; cum opinabile ſit, tot eorum in omni hoc uniuerſo non reperiri, quot ſola nunc alat Gallia. Quod ultimum eſt iudicium *SETSELLII de monarchia Franc. lib. 1. cap. 15.* Quamuis autem inde a Ludouici XI. tempore an. 1465. quo aeuo munerum coepiſſe mercatus, dicunt, ſumma pretii tantopere aucta ſit, ut annua ſalaria eidem uix reſpondere uideantur; imo regis aerarium magis ditent eius generis emporia, quam officiales emtores, *LIMNAEUS in notit. Franc. lib. II. c. 9. p. 632.* illa tamen nihilominus regis BENEFICIARII; qui non minori fidei obſequiique uinculis tenentur, quam illi, quibus ſparta quondam gratis obuenit. Imo patriae etiam moribus hodieque ſolenne eſt, homines nummatos, quo aliquod nomen per ſaltum in militia conſequantur, ſuo aere centurias militum legere principique offerre, ut ab eodem recipiant illas conturiones & praefecti. Qui tamen ſi officio ſuo defuerint, de hoc loco, ut alii, iterum remouentur, quos ſola uirtus fortunaque promouit. Et qui damnum ſentire, dicatur ille, quod ſua culpa ſentit? cum rei, quam quis emit, nemo eſſe debeat ignarus. Eccleſiaſtica beneficia, CANONICATUS dicimus, hodie taxantur ementurque ſine ullo pudore; neque propterea nomen exuere BENEFICIORUM. Eadem fere iudicia merentur *emtitia* feuda, de quibus ſuo loco.

Emtitia miniſteria num pariter requirant officia fidelitatis?

De auctoritate legalium definitionum.

(r) Equidem non uno loco queſtus ſum, nullam iuris partem magis ineptam eſſe, quam illam, ubi leges produnt definitiones. Dixi id de ICtis Romanis, qui uerear de Longobardicis doctoribus idem adfirmare, hominibus ab omni humanitate alienis? Illi definitores rhetores potius egerunt, unde haec pigmenta adſperſerunt legibus, non artis analyticae magiſtros: hi autem ignauia tantum peccarunt & tenebris inſcientiae. Parum itaque, dices, praeſidii erit definitioni meae, ſi barbaris decretis illa reſpondeat. Verum principio haec auctoritas me abſoluet a ſtudio nouitatis; qua doctrinas meas iniqui rerum aeſtimatores reddere uolunt ſuſpectas. Facient ergo haec ad hominem & ſenſus aliorum, ſi non ad ueritatem. Deinde cum rationibus quoque, ſupra prolatis, tutus ſim, magnum certe momentum habebit concentus illarum cum ſententiis doctorum. Ad extremum dicteriis legum feudalium cum antiquiora non ſint, uetuſtiſſimam illa faciem prodere uidentur feudorũ, id eſt, ut ego accipio, primam indolem eorum, qua conſtituta ſunt. Unde, me quidem exiſtimatore, tutiſſimum argumentum eſt cum ad *eſſentiam* eorum;

quorſum illae faciant in iure feudali?

limites habere iusto uel ampliores uel nimium angustos (s): contra autem nostro hoc neque propius

I 2 ul-

eorum; tum ad illa internoscenda, quae post demum eisdem accide-runt. Sunt autem loca, huc facientia, quae sequuntur. Potissimus ille est, qui habetur 2. F. 23. cuius uerba describemus. Sunt autem haec: *Obertus de Orto Anselmus filio suo salutem.* Est ergo, qui haec tradit ille feudistarum antesignanus. *Urges me, ut caussas, quibus beneficium amittatur, enumeratas, tibi significarem. Si quis dixerit ob ingratitudinem, is nihil errauerit.* Quia beneficium uasallo collatum, magis adductum est, quam cetera, de quibus disponunt pandectae iuris romani. *Inprimis scire oportet beneficii illius, quod est* GENUS *feudi, talem esse definitionem.* Ergo non feudum hic definit, sed genus feudi, id est beneficium, *uniuersim* acceptum, abstrahendo a morali aut feudali. *Beneficium nihil aliud est, quam beneuola actio, tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo. Huius autem* GENERIS *species* duae sunt, moralis & feudalis. Atque *haec* est, *quod ex beneuolentia datur alicui ita, ut proprietas rei beneficiatae penes dantem remaneat, ususfructus uero ad accipientem transeat eiusque legitimos heredes.* Habes ergo non *genus* solum feudi, sed etiam *rationes* generis constituti. Quapropter omnes illi mihi rectissime sensisse uidentur, qui ex uetussimis doctoribus hanc sententiam fuerunt se-

Ubi genus feudi beneficium.

Vetustiores doctores, qui idem sequantur?

quuti; in quorum numero maxime sunt *Iac. de ARDIZONE cap. 3. feud. p. 5. BALDVS super feudis prooem. n. 8.* ubi adposite philosophatur: *beneficium est genus feudi & est feudi synonymum grammaticum; uti quaedam adoptio est genus, quaedam species, pro ut differt ab arrogatione. Iacob ALVAROTTVS feud. prooem. n. 12. fol. 3. Ioseph. CVMANVS in praelud. cap. si aloquem n. 104. Matth. ab AFFLICTIS quaest. 4. feud. SETSELLIVS in tit. de definit. feud. n. 7. CVRTIVS* iunior *q. 6. n. 2. REBVFF. in prax. benef. in pr. n. 3. & 10.* ubi iustam generis amplitudinem ita exponit, ut etiam rescripta & mandata principum hoc uerbo complectatur. Ex nostratibus iureconsultis *Nic. VIGELIVS cap. 2. p. 47. ROSENTHALL cap. 1. conclus. 2. n. 1. 2.* plenissime omnium *Franc. SONSBECIVS part. 2. an. 1. ad n. 12.* Mitto alios, cum satis constet, non frustra hoc genus doctores *communissimum* dixisse *Nic. MOZZIVS de feud. cap. 1. n. 16. p. 6.* Etiam certus sum, inde alios non discessuros fuisse, hoc iudicio dato, quod *definitio non transeat sine difficultate Iul. CLARVS §. feudum q. 4. n. 6.* si in numerato habuissent romanos BENEFICII significatus, quos *a p. 36. ad p. 44.* superius eruimus.

(s) Ex instituto expendam cum *Desideria in* GENERA, tum definitiones aliorum, GENERIBUS infra quidem suo loco, ne frustra *aliis*.

uidear,

ullum esse neque ullam feudi speciem reperiri, quam in complexu id suo nequeat continere (t).

(r) DIFFERENTIAM constituit partim acceptio.

§. V. DIFFERENTIAM feudi a generibus beneficiorum aliis, duo explanant. Unum, quod in hoc negotio quadam & mentione opus sit & repromissione. Inuitus enim neque *defert* feudum; neque *suscipit*. Utrinque, *acceptatio* interuenerit, oportet. Quod feudi indolem seiungit a pollicitatione, uotis, dedica-

uidear, castra illorum reliquisse. S, ecimina hic dabo obiter. Qui *dominium utile*, siue quod idem est, ius aliena re utendi fruendi, pro GENERE habent, illos sane oportet, ut uasallos, qui de principis salario aut stipendio uiuunt, e numero expungant beneficiariorum. Imo in quaestione haerent, utrum feudum in mutuo constitui possit. Cum tamen feuda talia omni aeuo reperiantur. Eodem iudicio est opus, ubi definitur feudum per *clientelam militarem*; quod aulica feuda necquicquam impropria sint: uel per rem *immobilem* uel per *usumfructum*, qui tamen non rei, sed fructuum dominia largitur. Habes genera *nimis angusta.* Iusto autem latiora esse, ubi feudum describitur per *actionem*; *concessionem*; *inuestituram*; *homagium*; *contractum*, quis non uidet? ut taceam illos doctores non dicere quid feudum sit: sed quomodo id conferatur.

Beneficium genus feudi & proximum est

(t) *Beneficium* feudi non solum *genus* est: sed etiam *proximum* genus. Hoc ut comprobem, filum liceat contexere, quo inuicem cohaerent be-

1 neficii diuersi significatus. *Beneficium* est munus uel *absolute* collatum; uel sub certa *lege*, conditione ac nexu. Qui, cum uarius esse possit, ille tantum huius loci est, qui

2 absoluitur officio *fidelitatis*. Quod uero nulla feudi species reperiatur, quae ab hoc genere aliena sit: de illo quidem nos sumus persuasissimi, cum omnes fere expenderimus sigillatim;

& adaequatum.

3 obtulerit autem se nulla, quae sub beneficii nomine nequiret comprehendi. In feudis oblatis dubitare posses de *beneficii* rationibus. Verum his omni tempore *donatio* praecessit,

Obi. de feudis oblatis.

4 qua praedii *plenissimum* dominium obtulit possessor domino ea lege, ut is redderet illi *utile* dominium; quod habere posset loco beneficii. Quid? quod in mores iuerit cum in

5 Germania, tum in Belgio maxime; ne haec donatio tantum in speciem facta aut imaginaria esse, uideretur, ut *donatarius* rem oblatam per integrum annum plene retineret, ne-

6 que reddere antea donatori posset utile dominium. Qua de re infra de feudis oblatis ex instituto.

(u) Ha-

cationibus, sacrificiis (u), priuilegiis, legatis atque huiusmodi iuribus aliis.

partim nexus fidelitatis.

§. VI. Quemadmodum uero sine acceptione neque donatio acquiritur: sic ab hac etiam indole feudum separat nexus ille officiorum *fidelitatis*. Stetit quondam haec promisso tantum receptoque, post

 de-

De feudis Dei diuorumque.

(u) Habebit etiam hic locus singularem libellum de feudis *Dei diuorumque*. Pertinent huc principio sententiae sacri codicis, unde patet, uniuersi huius dominium supremum siue proprietatem Dei, conditoris esse: hominum uero usumfructum quendam siue dominium utile. *LEVIT. cap. 25. u. 23.* ubi DEUS inquit: *Terram ne uenditor lege mancipii. Mea enim est. Nam peregrini & inquilini uos estis apud me.* Interpres Germanicus Luthero uetustior his uerbis id reddit: Und die erde werde nit verkaufste ewiglich. Wenn sy ist mein und ir seit frembd und mein Bauer. Quod hic sigillatim de Israelitis, illud de humano genere uniuersim *PSALMO XV. uers. 16.* adfirmatur: Der Himmel allenthalben ist deß Herrn; aber die erden hatt er den Menschen kindern gegeben. Dicere quis posset, coeli itaque dominium *plenum* Dei esse: terrae minus plenum, cuius *utile* dominium concesserit hominibus. Uti uero omnia haec piis meditationibus occasionem dant; imo optimum forte iuris naturalis systema confici posset ex hoc argumento clientelari, quod homines officii sui erga alios ipsumque DEUM plenissime admone-

a) De datis.

1 ret; adposite etiam ac bene dicta
existimem *ALVREDI Anglor. regis*
in soliloquiis: intellexi nobis alienum
esse & commodatum, daß wir nur da-
mit belehnet seyn / aeterno numine
2 largitore, *quod putabamus nobis esse*
proprium, quae uerba habes apud
Francisc. IVNIVM in glossario gothico
p. 232. uerum tamen pessima ac in-
tolerabilia iura sunt, quae inde re-
3 petit pontifex romanus. Id scilicet
aliis persuadere uult, habere DEUM
& CHRISTUM uicarium suum, papam,
qui instar praefecti feudalis (Wie ein
Lehen Propst) haec feuda, id est,
4 uniuersum terrarum orbem debeat
procurare. Inde egregia parasito-
rum eius philosophia: *papam domi-*
num orbis esse; paganos & haereticos
de possessione rerum deiiciendos, quod
5 *uasallus feudo excidat ob feloniam;*
causae huius cognitionem ea propter
esse penes papam, qui regna dare possit
& auferre, & quae sunt generis
eiusdem. Verum cum tales sensus
6 esse debeant sententiis allegatis, qui
CHRISTI institutis concinni ac con-
grui sunt, quod Deus alimenta im-
probis non minus esse uelit, quam
probis, qua de re suo loco; quilibet
sentit eius generis feuda neque iura
feudalia respicere, neque nostram
defi-

demum sacramenti accessit religio, cleri arte, der lehenseid. Ut frustra sint doctores, qui hoc in feudis desiderant communiter (x). Sine fidelitatis autem officio feudi rationes sustineri posse, tantum abest: quan-

b) Oblatis,

definitionem. Est uero aliud etiam genus *feudorum* DEI, quod dicere possumus OBLATUM. Scilicet eo processit superstitio & illa religionis nimietas, ut propietarii DEO; *uirgini; Petro; Mauritio* sanctisque hominibus nominum aliorum sua offerrent reciperentque illa ab iisdem in *feudum*, aut, quod fere idem est, dominium *utile* sibi adrogarent.

f. actiuis,

Ut uero aliquam speciem habere uidebantur feuda *diuorum actiua*, quod clientes ab illis sibi patrocinium non armorum; sed prouidentiae diuinae

f. passiuis.

pollicerentur: de *passiuis* autem feudis diuorum magna saepe certamina fuere in medio aeuo. Indignum quippe existimarunt, DEUM aut *diuos* alicui mortalium esse a seruitiis. Inde ciuilis ordinis principibus hanc fidem fecerunt clerici, ut immunia ab omni onere aut officii nexu bona illico crederent, quae *diuis* essent consecrata. Dum haec scribo, litteras accipio ab amico, in castris Porussici militis scriptas, qui nunc agit in Delphinatu. Exscribam, quae in illis huc facere uidentur.

Exemplum ducatus Parmensis.

Parmae dux pontifici aliis Italiae principibus addictior; quamuis ille ex hac causa non multum absit a summa rerum egestate. Ut enim fulmina pontificis maxime timet: ita hoc metu perculsus morem illi gerit ubique. Non mentiar, si numerum clericorum semissem

1 *dixero incolarum, qui illi parent. Id*
durissimum est, quod praedia a clericis
emta, emunt autem illi quam primum
uenalia prostant, ab omni officiorum
& tributorum nexu euadant immu-
2 *nia. Fieri ergo oportet, ut seculi*
unius lapsu princeps futurus sit, a
subditis & uasallis desertus. Certus
sum, laetus subiret Caesaris imperium,
si, quid ipsi e re esset, intelligeret. Ha-
3 ctenus ille. Verum clerici cum
mox praesentirent, obicem positum
iri largitionibus, nisi ipsa quoque
ecclesia in n[illegible]u maneret fidelitatis:
ex inde factum est, ut supremi etiam
4 ordinis antistites nulli iam dubitent,
diuorum causa, principibus iurare
fidelitatem: imo hodie ipsi militaria
non minus officia praestent, quam
illi, qui uasalli audiunt seculares, ne
5 territoriorum domini abhorrerent
a *manibus mortuis*. Meo itaque iu-
dicio ut stultissima sunt primi gene-
ris feuda DEI *diuorumque*, quippe
qui neque indigent sordibus no-
6 stris; neque gaudent illis; neque
illas queunt acceptare, ut adeo illa
non complectatur a nobis tradita
definitio: ita uero mihi non est, quare
ultimum genus hoc catalogo expun-
7 gam, quod illi bene constet cum no-
stra definitione.

(x) Fidelitas uel accipitur de *iure-iurando*, quo domino fidem suam adstringit uasallus. *Ita 1. F. 3. §. 1.*

Officia fidelitatis requirunt omnia sub feuda.

quantum abest, uere dici hominem sine anima; mercedem sine operis; locationem sine locario; sine pretio emtionem (y). Attamen officia haec in uariis non

sub fin. nulla inuestitura ei fiat, qui facere recusat FIDELITATEM, id est, iusiurandum. *2. F. 24. §. 1. si dominus inuestituram pollicendo a uasallo petierit ante fidelitatem.* Hoc sensu uerum est, reperiri feuda, ubi nulla *fidelitas* praestanda, id est, iurisiurandi formula, cum *iniurata* etiam sufficere domino possit fides; quod dicitur *2. F. 76. pr.* Eadem scilicet ratione, qua administer esse potest principis, licet ei non iurauerit die Amtspflicht. Et sane feuda quondam omnia *iniurata* fuerunt; quod simplex uetustas firmiter staret promissis. Utinam hodieque rariora essent iuramenta in republica: sed acerbiores poenae in illos statuerentur, qui fidem fallerent. Memini alicuius comitis in uicinia patriae meae, qui noluit, ut ullus ei administer iuraret; se fidum fore & obsequentem. Quos in utroque tamen officio tam promptos habuit; ut dexteritatis testimonium esset huic domino ab officiis fuisse. Illi autem quod uinculum fuisse dices, quo suos continuerit? Scilicet noui muneris candidatum ad fenestram duxit, unde prospicere is potuerat malam crucem & patibulum. Atque in hoc spectaculo diploma ei obtulit muneris capessendi, hisque uerbis eum compellauit; *exhibeo tibi nomen meum, ut securus sis de beneficio stipendioque, quo me tibi obstringo. Ego uicissim expeto a te uel fidem uel supplicium.*

Abusus der Amts und Lebens-eide.

1 *Quo fine oculos coniice in tristem huius*
scenae adparatum. Ut enim homines longe faciliores sunt ad promittendum, quam ad explendum promissa: ita etiam hinc esse existimo iu-
2 ratae promissionis leuitatem & quod facilius uiolent iusiurandum, quam peierent. Quasi non una utriusque sacramenti esset religio. Imo illum, qui fidem domino datam, te-
3 mere negligit, qui uereri credamus conscientiam? Unde satis constat, parum domini interesse, remiserit is uasallo iusiurandum siue minus. Virum enim probum officii sui admo-
4 nent promissa ac recepta: improbum uero actudum capiet sacramenti obliuio.

(y) Posse remitti uasallo sacramenti, inuestiturae eiusdemque ge-
5 neris solennia, id quidem dedimus p. 71. n. 1. 2. manu liberali. Aliud iudicium exigit ipsa fidelitas. Si enim hanc sustuleris; perit uis & ratio omnis feudorum. Ut uero
6 fidelitas est fidei persolutio, fides uero alia hominis; alia ciuis; subditi; socii; foederati; serui; ministri; clientis; beneficiarii seu uasalli: sic facile ad intelligendum est, ultimum fidei
7 genus huc tantum pertinere, reliqua esse loci alius. Verum & ipsa multiplex est fidelitas clientelaris. Vult enim haec a uasallo uel INDEFINITA officia, ut is ad omnia paratus sit, quae exegerit ab eo dominus, qualia exempla dedimus *p. 37. litt. p. q. r.* uel

Num remitti uasallo possit fidelitas?

quotuplex sit illa?

Quae huc maxime faciat? cum & ipsa multiplex a) inde finita.

non solum rebus uersantur tractandisque negotiis militiae, aulae, curiae, ecclesiae, aliis: sed etiam iure meritoque uel leuiora sunt uel grauiora, pro ut beneficia, quae eapropter obuenerunt uasallo, uel tenuia

b) definita, idque uel iure feudali

uel DEFINITA siue id fiat per *instituta* feudorum quae uasallos uolunt uel milites; uel iudices; uel antistites sacros; uel aulae & generis eiusmodi administros, unde discrimina Germanis Kriegslehen / Schultzen oder Cantzleylehen; Pfarrlehen; Hofflehen u.s.w.

uel moribus

siue *moribus*, ubi loci consuetudines in oculis habendae, qualia exempla sunt, Fränckischlehen; Sächsischlehen; Longobardischlehen; Fuldischlehen; Clevisch-Zutphisch, Geldrisch, Flämischlehen u.s.w. quorum omnium ingens diuersitas:

uel singularibus pactis.

siue etiam *pactis singularibus*, ubi standum est clientelaribus libellis. Qamuis autem in ultimo feudi genere remissio domini immodica esse possit, ut nulla fere officia praestare teneatur uasallus: attamen superesse ex illis tantum debet, ut internosci queat fidelitas uasalli ab aliis fidei generibus, modo p. 71. n. 6. 7. enumeratis.

Species fidelitatis infima.

Fit hoc, si ille *obligatum* se sentiat: prae aliis dominum uereri ac *colere*; fortunas eius *promouere*; cauere & *auertere*, quae his contraria sunt; atque hoc omne ob accepti *beneficii* memoriam, quo se *excidere* scit, si horum aliquid neglexerit.

si deest, ratio deest clientelaris.

Atque hoc demum cui remiserit dominus, eum e matricula uasallorum expungimus, quod illud absit, in quo uim omnem reponunt iura

1 clientelaria. Interim inepta sunt
iudicia doctorum; non posse dominum relaxare uasallo fidelitatem,
ne causa illi detur, ad delinquendum.
Lepida ingenia, quasi, a clientelari
2 liber, non illa teneretur fidelitate,
quae hominis, quae ciuis, quae subditi, quae socii est. Patimur itaque,
ut iactet fidelitatem dominus: uerum frustra ille seruum nominabit,
3 quem incaute manumisit. Ambigunt uero doctores, si dominus alicui beneficium hoc pacto conferret,
ut *uasallus* audiret, nulla tamen adstringeretur *fidelitate* clientelari,
4 quid esset sentiendum. Alii frustra
hoc pactum fore & uasallum nihilominus ex natura negotii teneri credunt officio fidelitatis, quod opinantur BALDUS; SALICETUS; IASON; BAR-
5 THOL. CAMERARIUS; SONSBECK; BOCERUS alii, l. ca allegabo inferius:
contra alii, pactum eius generis omnino alteri prodesse, sentiunt, sed ita, ut nomen is uasalli gerat, qui
6 re ipsa tamen sit uel *emphyteuta*
uel *donatarius* uel *emtor* uel nominis alius, quod commune nihil habeat cum feudorum institutis. Hoc tuentur ROSENTHALIUS; SCHRADE-
7 RUS; STRUUIUS; RHETIUS; LYSERUS ex
instituto de fide fidelitatis; HERNIUS,
& quem principio debuissem commemorare, uir illustris, STRYKIUS.
Res non est leuis momenti, ut putant

Quid de pacto, quo remittitur fidelitas?

nuia sunt uel magis opima (z). Ceterum sicut beneficium a domino tantum prouenit: sic munera fidelitatis non nisi a uasallo sunt exigenda. Peccant ergo illi doctores, qui principem quoque infidelitatis perfidiaeque postulant, si minus ille promouerit sui

K cli-

Casus momentosi, Alsatiae

tant doctores. Voluit sane Galliae 1
rex, Alsatiae Landgrauiatu ipsi delato, ut hic feudum maneret imperii, quo eius causa is interesse posset ordinum comitiis: fidelitatis tamen
officio remisso, quod hoc nomen 2
tanto rege indignum esse, uideretur. Reposuerunt ac haec postulata pacificatores; fidelitatem feudi partum esse, qui inuicem minus diuelli
queant, quam radius a sole. Quem 3
nodum cum soluere nequirent Galli, non solum ipsi a petito abstinuerunt; sed etiam Sueciae regina, quod tanti faceret, se adsessorem fieri co-
mitiorum Germaniae, praestitit, 4
adsignati territorii ergo, fidelitatem. Sit alius casus.

Austriae.

Iactant nonnulli, qua fide, non iudico, inter Austriae priuilegia non solum hoc
esse, ut neque iurare teneatur 5
imperio neque ulla eidem praestare seruitia: sed etiam illud, ut alienare territorium extraneo cuique possit aut propriam rempublicam con-
stituere, parum aut nihil curando, 6
quam bene aut male sit imperio.

Feudor. Italiae

Atque ex hac causa impetunt hoc doctores, quod nimium sit, neque stare possit cum nexu clientelari.
Eandem sibi licentiam feuda Bur- 7
gundiae Italiaeque sumpsisse, teste scimus historia. Sic Lotharingi, Belgarum aliorumque, dum in belli angustiis essent, inaudita uox: esse has ditiones palmites imperii, circulo Burgundico socios, indignum itaque Germanis fore, si illos auxilio deseruerint. Verum res ipsa docet, nullam hic offendi clientelarem fidelitatem. Quid igitur, habebisne feuda, remissa prorsus fidelitate? Nec quicquam. Num uero huius generis largitio proderit clienti. Etiam hoc nego, nisi largitor ius alienandi habeat fundos ac territoria: ius enim priuilegia dandi, ad hoc faciendum satis non est, cum feudis non leniorem modum statuat, sed omnem uim eorum peruertat. Plenius eam rem exponam inferius.

Num magna feuda magna habeant officia fidelitatis?

(z) Saepe in curiis feudalibus querelae mouentur, uicini fundum meliorem esse pluriumque redituum, & tamen onera, quae feudi lege is praestet, uix infimae notae praediolum aequare: ut adeo onera commodis male respondere uideantur. Desideria matriculae feudorum imperii nulli possunt esse ignota. Habebit quidem haec controuersia ampliorem locum inferius, quam hic summatim attingo. Feuda quondam eadem fuere, quae hodie salaria *p. 20. n. 5.* Haud dubie munera, quae dignitate molestiis officiisque paria sunt, iure meritoque paria quoque uolunt stipendia. Quod

etiam

clientis fortunas a): siue, quod idem est, fidelitatem, quam explicauimus, reciprocam esse, opinantur.

etiamnunc obseruatur in militibus. Haec norma rei; quam tamen principis indulgentia potest transilire, si arbiter is sit priuilegiorum. Quae autem docenda sunt, non ante credenda, quam doceantur.

An fidelitas clientelaris sit reciproca?

(b) Primo enim in uulgi sermonem iuit, *fidelis patronus*, *fidelis cliens*: getreuer Herr; getreuer Knecht. Deinde lex ipsa id in feudis uelle uidetur 2. F. 6. *dominus in his omnibus* (fidelitatis officiis) *uicem fideli suo reddere debet: quod si non fecerit, merito uidebitur* MALEFIDUS; *sicuti uasallus perfidus & periurus*. Post ratio manifesta, quod feuda coniugiis non dissimilia sint, ubi mutua exigatur fides, GOTHOFREDUS *ad* 2. *F.* 6. *fin.* Praeterea ingens est doctorum ita sentientium cohors, ANTONIUS *Disput. feud.* 7. §. 1. *lit.* 6. VULTEIUS *lib.* 1. *feud. c.* 10. *n.* 47. FINKELTHAUS *disp. feud.* 7. *controu.* 23. Tandem curiarum quoque sententias habet Ictus humanissimus *Ioh. Nicol.* HERTIUS *paroemiar. iuris* 24. §. 3. Ego autem uti & *leges* ueneror & *forensia* decreta; sic utraque de feudis tantum explico *oblatis*, qualia plura in Germanis: contra autem in *datis* seu *beneficiatis* id quidem habeo iniquissimum. Deinde prouerbii etiam is mihi uidetur esse sensus, ut non fidelitatem id mutuam uelit, sed mutua officia. Quorum unū domini tantum est, ut euictionem praestet *beneficii*: alterum

1 uasalli tantum, ut domino sit *fidelis*.
Illud in mercede positum, hoc in
cultu obsequioque. Atque hoc casu fidelitatem quoque beneficium
dixeris, ut latini: *beneficium bene-*
2 *ficio* remunerare. Dicunt hodieque
famuli: wann der Herr gut ist/ sind
wir wider gut. Quo aliud non intelligunt, quam mercedem iustam
operas quoque uelle perfectas. Et
sane cum iura neminem duplici one-
3 re grauent; neque a domino exigi
potest, ut & stipendia ille praebeat
uasallo & eidem sit fidelis; a quo tamen praeter unum fidelitatis officium ipse recipit nihil. Praeterea
4 dominus, quod largitus est, id a
uasallo ingrato reuocat: qui autem
uasallus reuocare dominium directum poterit, quod eius nunquam
5 fuit? Porro feudorum suprema proprietas penes rempublicam (stylo
seculi XV. dicitur die oberlehenbarkeit) haec autem qui poenam sentiat amissionis? Ad extremum pro-
6 uoco doctores omnes, ut in feudis
datis unum me casum doceant, ubi
nobilis landsassius *dominium directum* in praedio clientelari sibi uel
arrogauerit unquam, multo minus
7 idem obtinuerit; quoniam princeps
uasallum uel *cucurbitauerit*, hae enim
ueneres linguae feudalis, uel *stuprauerit filiam* uel *secreta* eius *manifestauerit*. Ligusticae gerrae,
quae in patriae litora nullo unquam
tempore adpulerunt.